

5 marzo 1181

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.116. Diplomatico generale n.721.
1181 marzo 5 stile pisano=stile comune. Indizione 14. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico. Tracce di rigatura. Sul verso di mano del XIV secolo: «*Sancti Petri a Pagnatico in Silva Lunga*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 5 marzo 1181*».

Regesto:

Foglio da Selva Lunga, figlio del fu Rolando, Ugolino suo figlio e Beldimando, moglie di Ugolino e figlia del fu Glandolfo, donano a Viviano, figlio del fu Bono, il quale riceve a nome di Sismondo rettore dello spedale di Stagno, cinque pezzi di terra lavorabile posti in Selva Lunga.

Fatto a Silvalonga nel luogo detto Pagnatico.

Rogò Uguccione notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo primo, indictione quartadecima, tertio Nonus martii.

Manifesti sumus nos Folius de Silvalonga filius quondam Rollandi et Ugolinus eius filius et Beldimando, uxor iamscripti Ugolini et filia quondam Glandolfi, quia comuniter, et michi qui super Ugolino consentiente iamscripto patre meo, et michi Beldimando iamscripto viro meo ubi interesse videtur notitia Uguicionis iudicis, a quo secundum legem interrogata et cognita sum nullam me pati violentiam, set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam inrevocabiliter inter vivos, pro remedio anime mee qui super Folii, donamus et offeramus tibi Viviano, filio quondam Boni, recipienti nomine pro domno Sesmondo, ad opus et utilitatem ospitalis de sancto Leunardo de Stagno, quinque integras petias de terra laboratoria, positas in confinibus ecclesie sancti Petri a Pagnatico de Silvalonga.

Videlicet una quarum est posita prope iamscriptan ecclesiam, ubi dicitur Ortale, que tenet unum caput a meridie in via publica, et aliud caput in terra filiorum quondam Candelli, et unum latus ab oriente tenet in terra Iacobi quondam Uguicionis de Ponte, et aliud latus in terra filiorum quondam Cottonis; et est per mensuram panora sex.

Secunda petia est ubi dicitur Salsineto, et tenet unum caput a meridie in terra Saraceni quondam Guidonis, et aliud caput cum uno latere tenet in terra Bolgarini quondam Candelli, et aliud latus tenet in terra filiorum quondam Petri Mugelli; et est panori sex.

Tertia est ubi dicitur Iunketa, et tenet unum caput a meridie cum uno latere ab oriente in terra comitum de Septimo, et aliud caput in terra iamscriptorum filiorum quondam Candelli, et aliud latus tenet in terra iamscripti Uguicionis Candelli; et est stariorum unum.

Quarta petia ubi dicitur Pratelle, et tenet unum caput a meridie in terra dicti Bolgarini, et aliud caput in semetula, et unum latus ab oriente tenet in terra Saraceni et eius nepotum et aliud latus in terra predictorum filiorum Cottonis; et est stariorum unum.

Quinta petia est ubi dicitur A Le Prata, ultra via antica, et tenet unum caput a meridie in terra filiorum quondam Cottonis, et aliud caput in terra dicti Bolgarini, et unum latus ab oriente tenet in terra iamscripti Saraceni et eius consortium, et aliud latus in terra filiorum quondam Berithi de Caprone; et est stariorum unum.

Predictas quinque integras petias de terra, qualiter ab omni parte circumdate sunt per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione et pertinentia sua tibi, ut dictum est, pro iamscripto ospitale donamus et offeramus pro remedio anime mee, qui super Folii, et uxoris mee.

Insuper omnia iura et actiones, que nobis inde competunt, tibi Viviano, ut dictum est, damus, cedimus et concedimus atque mandamus ut his tuo nomine agat et experiatur.

Quam nostram donationem et offertionem, si nos qui super Folius et iugales vel nostri heredes sive cui nos dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut impedire vel imbrigare seu molestare vel subtrahere quesierimus per aliquod ingenium tibi qui super Viviano vel iamscripto Sesmondo vel vestris successoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostros heredes per solempnem stipulationem componere tibi Viviano nominato tuisque successoribus iamscriptam nostram donationem et offertionem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Uguicionem, iudicem et notarium donni Frederici inperatoris. Et sic incontinenti dederunt iamscriptum Ugolinum filium Folii ut eum per iamscriptum ospitalemn in possessionem mittat iure proprio.

Actum Silvalonga, ubi dicitur Pangnatico, in curia iamscriptorum¹ filiorum Cottonis.

Signa + manus iamscriptorum Folii et iugalium, qui hanc cartulam comuniter fieri rogaverunt.

Signa + manus Uguicionis quondam Candelli et Veceri quondam Albertinelli et Benenati quondam iamscripti Cottonis testium.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, post traditam complevi et dedi.

¹ iamscriptorum *ripetuto*.

28 maggio 1181

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.120. Diplomatico generale n.737.
1182 maggio 28 stile pisano. Indizione 14. LUNGA.

Note:

Pergamena in condizioni abbastanza buone, leggermente danneggiata lungo le piegature. Inchiostro unico. Sul verso tracce illegibili di mano coeva; di mano del XV secolo: «*Carta ... Guido legavit hospitali sancti Leonardi quicquid habuit in confinibus Liburne, Salviani et Plano Porti*»; di mano del XVII o del XVIII secolo: «*Torre in Fagiano di Valdarno*»; di mano del XVIII secolo: «*Salviano e Piano di Porto*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 28 maggio 1182*»; di mano del XIX secolo: «*Questo contratto è copiato al libro dei contratti segnato G AL 26*».

Regesto:

Tre disposizioni testamentarie di Guido da Fasiano riguardanti soprattutto lo spedale di Stagno. Con la prima lascia allo spedale, se morrà senza eredi, i suoi possessi in Livorno, Salviano, Pian di Porto, Nugola, Colle, Castelvechio, Fasiano, Faldo, e una torre posta in Fasiano. Con la seconda conferma la precedente disposizione e ordina che il suddetto spedale entro il termine di sei anni dalla sua morte costruisca una casa in Fasiano per ospitare i poveri. Nel caso che questa casa non venga costruita i suoi beni allora saranno divisi in tre parti uguali fra lo spedale di Stagno, l'Opera di santa Maria e l'Opera di san Giovanni. Con la terza disposizione, poiché sta per nascergli un figlio, stabilisce che egli sia il suo erede universale e lascia allo spedale di Stagno un pezzo di terra posto in Fasiano. Nel caso però che il figlio muoia minorenni o senza legittimi eredi lascia tutti i beni suddetti allo spedale di Stagno. Nelle disposizioni testamentarie di Guido da Fasiano vi sono inoltre lasciti minori per lo spedale del santo Sepolcro di Pisa, per la chiesa di san Michele degli Scalzi, per la chiesa di santo Stefano di Fasiano, per la chiesa di san Salvatore e per privati.

Fatto in Pisa nella torre del detto Guido vicino alla chiesa di san Salvatore.

Rogò Adamo notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo secundo, indictione quartadecima, quinto Kalendarum iunii.

Cum unicuique liberum sit arbitrium liberaque potestas res suas et bona, prout placet et quibus placet legitime disponendo dare, legare, relinquere ac iudicare, ideo ego Guidone de Fasciano quondam Ranuccii, sano corpore et sana mente et intellectu, pro remedio anime mee et filiarum mearum et antecessorum meorum, testamentum et rerum mearum dispositionem hoc modo facio.

Si deus me iudicaverit sine legitimo herede, filio vel filia, iudico ecclesie et hospitali de Stagno omnia mea bona et volo ut ecclesia et hospitale suprascriptum sancti Leonardi de Stagno habeat omnia bona mea, videlicet quicquid habeo in confinibus Liburne et Salviani et Plano Portu et quicquid habeo in confinibus Nubile et eius districtu et quicquid habeo in confinibus Collis et Castri Veteris et quicquid habeo in confinibus Fasciani et in Fasciano et quicquid mihi pertinet in Faldo.

Hospitali sancti Sepulcri de Pisa iudico pratum meum de Petralba, ecclesie sancti Michaelis Discalciatorum iudico pratum meum de Mortaiolo, ecclesie sancti Stefani de Fasciano iudico terram super quam est turris mea in Fasciano edificata.

Edificium cuius turris iudico prefato hospitali sancti Leonardi, de edificiis domus et turris, quas habeo in Fasciano, faciat domum in Fasciano iusta stratam in terra ubi est antefactum uxoris mee, vel in alio petio quod est ibi prope, in qua homines euntes et pretereuntes requiescere et dormire et pausare possint, et habeat ibi a quattuor vel quinque lectos pro hospitandis pauperibus et solvat uxori mee antefactum suum. Et volo ut supradictum hospitale non possit alienare de bonis meis nisi pro melioratione eiusdem hospitalis.

Si vero contigerit me filium, vel filiam habere, instituo eum vel eam, si filium non habuero, michi heredem in omnibus bonis meis; et tunc iudico pro anima mea et filiarum mearum et meorum

antecessorum quicquid habeo apud Liburnam in loco dicto Fondomagno suprascripto hospitali sancti Leonardi. Et suprascripto hospitali sancti Sepulcri relinquo quod ei iudicaveram. Et si contigerit filium vel filiam meam sine herede legitimo decedere, volo quod suprascriptum hospitale sancti Leonardi de Stagno habeat omnia mea bona, sicut superius ei iudicavi et preter ea que superius legavi, que volo illos habere quibus superius legavi Et volo quod heres meus de bonis meis nichil possit alienare quod mee dispositioni contrarium sit, vel esse possit. Volo etiam quod, si hec mea ultima voluntas de iure testamenti non valeret, vim saltem codicillorum vel cuilibet ultime voluntatis optineat vel iure Pisano valeat.

Et taliter omnia suprascripta Adam, iudicem et notarium domini imperatoris, scribere rogavi.

Actum in Ripa Arni, in domo hospitalis sancti Leonardi de Stagno, presentibus Nigello iurisperito et Guinithello filio Salvii et magistro Ciabatto, testibus rogatis.

Ego suprascriptus Guidone, sano corpore et intellectu, predictum testamentum et predictam dispositionem, quam feci et ordinavi coram Nigello iurisperito et predictis aliis testibus, ratum et firmum esse volo et predictam meam dispositionem et testamentum quod feci hospitali sancti Leonardi de Stagno, prout ordinavi, confirmo et ratum esse volo.

Insuper totum meum podere et terras et vineas et domos, sicut dicto hospitali sancti Leonardi de Stagno iudicavi et legavi, ita eidem hospitali lego et iudico et volo quod ipsum hospitale et rector eiusdem hospitalis faciat domum in Fasciano ad stratam in petio ubi est antefactum uxoris mee, vel in alio petio quod est ibi prope, ubi pauperes recipiantur, sicut in suprascripta mea dispositione ordinavi, a die obitus mei usque ad sex annos. Si autem a die obitus mei usque ad predictum terminum predicta domus facta non fuerit et factam non habuerit, ab inde in antea volo et iudico et lego Opere sancte Marie maioris ecclesie tertiam partem omnium que legaveram suprascripto hospitali et Opere sancti Iohannis aliam tertiam partem et predicto hospitali sancti Leonardi de Stagno aliam tertiam partem. Item Gaio quondam Ugonis Sesmundi lego quartam partem turris mee quam habeo Pisis in Portamaris, prope ecclesiam sancti Salvatoris, et quartam partem lego filiis quondam Benecti Vernacii et medietatem predictae turris iudico Tado quondam Bernotti et volo quod ipse Todus si predictam medietatem suprascriptae turris aliquo tempore vendere vellet, quod eam vendat predicto Gaio et filiis quondam Benecti, si rationabiliter eam emere vellent, et volo quod ipse Todus cum predicta turre adiuvet omnes homines de domo quondam Sesmundi et omnes homines de domo filiorum quondam Albertini. Item volo quod dictus Gaius et filii quondam Benecti adiuvent dictum hospitale sancti Leonardi et eius rectorem defendere totum quod iudicavi et legavi suprascripto hospitali ut ita sint firma et rata, sicut ego disposui et ordinavi. Si autem hoc non fecerint predictam medietatem suprascriptae turris mee quam eis legavi iudico et lego predicto Tado et volo quod cum ea medietate, si contigerit eum eam habere, adiuvet predictos de domo quondam Sesmundi et de domo quondam Albertini. Uguicioni, nepoti meo, iudico totum quod habeo in Scotriano. Si autem contigerit Tadum decedere sine legitima prole, tunc predictam medietatem suprascriptae turris lego Secrestano et Bandino et Porcellino. Item volo quod, dum uxor mea lectum meum custodire voluerit et in domo mea manere, habeat habitationem suprascriptae turris mee et volo quod habeat totum quod ei fuerit necesse cum duabus suis servientibus et ubicumque super meum podere esse voluerit habeat habitationem suam. Et taliter omnia suprascripta me Adam, iudicem et notarium domini imperatoris, scribere rogavit. Et volo quod predicta omnia valeant iure legati et valeant iure Pisano, vel quocumque modo melius valere possunt et quod optineant vim cuiuslibet ultime voluntatis.

Actum in Kintica, in domo mea Ade iudicis et notarii, prope ecclesiam sancti Cassiani, presentibus Albertino et Rugerio quondam Luparii, testibus rogatis, anno domini millesimo centesimo octuagesimo tertio, indictione prima, Nonus ianuarii.

Ego Guidone de Fasciano omnia predicta que ordinavi et disposui per manum suprascripti Ade iudicis et notarii firma et rata esse volo. Item iudico cum predicta conditione, si filius vel filia non decesserit infra etatem, ecclesie sancti Salvatoris quattuor statoria terre posite in Fasciano, prope

ecclesiam sancti Stefani, que tenet caput in terra Raffaldi, aliud in terra Uguicionelli, latus in classo, aliud in terra Rubei. Item si deus filium vel filiam mihi dederit eum vel eam mihi heredem instituo et tunc iudico suprascripto hospitali sancti Leonardi de Stagno unum petim terre positam in confinibus Fasciani, ubi iam sunt tegule posite, que tenet caput unum in strata, aliud in terra *****, latus unum in terra Ugolini de Niscosa, aliud in terra *****. Si autem, quod absit, contigerit filium vel filiam meam decedere infra etatem vel post sine herede, iudico, ut dictum est, omnia bona mea hospitali de Stagno, exceptis his que iudicavi suprascriptis, videlicet turrin meam de Pisa et excepto quod iudicavi Uguicionello, nepoti meo videlicet illud de Scotriano, et excepto eo quod iudicavi ecclesie sancti Stefani de Fasciano, que omnia eos habere volo. Et iudico, si infra etatem decesserit heres meus, ecclesie sancti Savini pratum meum de Faldo, videlicet statoria decem et octo quod tenet capita in prato sancti Savini. Filio vel filie mee, nascituro vel nasciture, relinquo tutricem Gislam, uxorem meam, cui do bailiam et potestatem gerendi omnia sua negotia sine decreto consulis iustitie et auctoritate iudicum et remitto ei honus conficiendi inventarium. Si autem uxor mea decesserit antequam filius meus vel filia excessissent tutelam, vel si ipsa tutrix esse nollet, tunc relinquo filio vel filie mee tutores Albertum quondam Tancredi et Gaium et Ildebrandum Banbonem et Ubertum quondam Sigerii Albertini et Secrestanum. Volo insuper quod si mea ultima voluntas de iure testamenti non valeret iuri saltem codicillorum vel cuiuslibet ultime voluntatis optineat vel iure Pisano valeat. Et taliter omnia suprascripta me Adam iudicem et notarium domini imperatoris scribere rogavit.

Actum Pisis, in turri suprascripti Guidonis, prope ecclesiam sancti Salvatoris, presentibus Petro quondam Guidonis Sigerii et Petro Lombardo et Periciolo quondam Rainerii, testibus rogatis, anno domini millesimo centesimo octuagesimo quinto, indictione tertia, octavodecimo Kalendarum ianuarii.

Eodem die suprascripto et loco et testibus suprascriptis presentibus excepto Petro quondam Guidonis Sigerii, predictus Guidone voluit et disposuit quod Tadus det et solvat de medietate turris sue Secrestano et Bandino et Porcellino libras XL denariorum et liberavit illos de Scotriano, qui tenent terram suam, ab albergariis quas ei dabant.

(S) Ego Adam, iudex ordinarius domini imperatoris Frederigi et notarius, hoc testamentum sive ultime voluntatis dispositionem predicti Guidonis atque suprascripta omnia, rogatu eiusdem Guidonis, ad veritatis memoriam scripsi et firmavi.

17 febbraio 1182

Aechivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.119. Diplomatico generale n.732.
1182 febbraio 17 stile pisano=srile comune. Indizione 15. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Cartula commutationis hospitalis sancti Leonardi de Stagno quam fecerunt cum filiis quondam Cottonis*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 17 febbraio 1182*»; «*n. 3 1182*».

Regesto:

Guido, Tignoso, Benenato figli del fu Cottone, Tedora, figlia di Guagno e moglie di Guido, Ermellina, figlia del fu Ranieri e moglie di Tignoso, permutano con Viviano, camarlingo dello spedale di san Leonardo di Stagno, due pezzi di terra posti nei confini della chiesa di san Pietro a Pagnatico di Selva Longa con quattro pezzi di terra anch'essi posti nei confini della chiesa di san Pietro a Pagnatico.

Fatto in Silvalonga.

Rogò Uguccione notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo secundo, indictione quintadecima, tertio decimo Kalendas martii.

Manifesti sumus nos Guido et Tiniosuus et Benenatus, germani, filii quondam Cottonis, et Tedora uxor iamscripti Guidonis et filia Guangni et Hermellina uxor iamdicti Tiniosi et filia quondam Rainerii quia, comuniter et nobis mulieribus consentientibus dictis viris nostris, ubi interesse videtur notitia Uguicionis iudicis, a quo secundum legem interrogate et cognite sumus, nullam nos pati violentiam, set pura et integra nostra bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam damus et tradimus in commutationem tibi Viviano, camerario hospitalis sancti Leonardi de Stagno pro domino Bonfilio, ad opus et meliorationem predicti hospitalis sancti Leonardi de Stagno, duas integras petias de terra positas in confinibus ecclesie sancti Petri a Pangnatico de Silvalonga.

Videlicet una quarum est posita iuxta predictam ecclesiam sancti Petri ubi dicitur Ortale, et est terra laboratoria, et tenet unum caput in via publica, aliud caput in terra filiorum quondam Candelli, unum latus tenet in terra Galgani quondam Baldicionis Pilecti, et aliud latus ab oriente in terra predicti hospitalis; et est per mensuram panora sex.

Secunda petia est ubi dicitur Iunketo, et est terra canpia, et tenet unum caput a meridie in terra comitorun de Septimo, aliud in terra filiorum quondam Candelli, unum latus tenet in terra propria Uguicionis quondam Candelli, et aliud latus ab oriente in terra predicti hospitalis; et est panora quinque.

Item damus tibi pro predicto hospitali in commutationem duo panora de terra in iamscriptis confinibus ubi dicitur Pratelle, que tenet unum caput in semetula, et aliud in terra Bolgarini quondam Candelli, unum latus ab oriente in terra predicti hospitalis, et aliud latus in terra nostra que nobis reservamus.

Predicta terra, qualiter ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum, cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis, et cum omni iure et proprietate et actione et pertinentia sua, tibi Viviano, pro iamscripto hospitali, in commutationem damus et tradimus.

Pro qua item in commutationem recepimus a te Viviano camerario et a Guiscardo confratre tuo de terra ipsius hospitalis quatuor petias de terra positas in predictis confinibus sancti Petri de Pangnatico.

Una est ubi dicitur Casale, et tenet caput in terra Ruberti de Perlascio, aliud caput in terra Guidi Marignani et eius consortium, unum latus in terra Bolgarini Candelli, et aliud latus in terra nostra iamscriptorum germanorum que nobis reservamus; et est per mensuram panora quinque.

Secunda petia ubi dicitur Salsineto, que tenet unum caput cum uno latere in terra iamdicti Bulgarini, aliud caput in terra Saraceni quondam Guidonis, et aliud latus in terra nostra reservamus; et est panora tria.

Tertia est ibi in eodem Salsineto, caput in via publica, et aliud caput in terra nostra que nobis reservamus, et ambo latera tenet in terra filiorum quondam Candelli; et est panora similiter tres.

Quarta petia est ubi dicitur Iunketo, caput in terra filiorum quondam Franculi Graccii, aliud caput cum uno latere tenet in terra Guidi Marignani et eius consortium, et aliud latus in terra nostra iamscriptorum germanorum que nobis reservamus; et est panora tria, et si plus vel minus iamscripta terra inventa fuerit ad eandem rationem augeatur et si minus est minuatur: et hoc intelligatur quod iamscripti germani debent habere plus scilicet unum panorum, sicut in cartula scripta continetur per manum Uguicionis notarii.

Quam nostram dationem et commutationem, si nos prenominati germani et mulieres vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut impedire vel imbrigare, seu molestare vel subtrahere quesierimus per aliquod ingenium tibi qui super Viviano camerario vel prefato Sesmondo, pro ipso hospitali, vel vestris successoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque heredes per solempnem stipulationem tibi Viviano, pro ipso hospitali, et eiusque rectoribus componere iamscriptam nostram commutationem et dationem in duplum, in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Uguicionem, notarium domini Frederici imperatoris. Et precipimus tibi ut per iamscriptum hospitem possessionem intrare iamscriptarum terrarum iure proprio.

Actum Silvalonga, in Trebbio de Barattuli, ante serrarium filiorum quondam Albertinelli.

Signa ++ manus iamscriptorum germanorum et iugalium, qui hanc cartulam comuniter fieri rogaverunt.

Signa manus Ildebrandi quondam Gerarducci de Sancto Cassiano et Vechii et Signorecti, germanorum quondam Albertini, et Fabiani quondam Petri et Bonacorsi Baldacolie testium.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, post traditam complevi et dedi.

6 aprile 1182

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.123. Diplomatico generale n.748.
1183 aprile 6 stile pisano. Indizione 15. LUNGA.

Note:

Sul verso di mano coeva: «*Ospitale sancti Leonardi de Stagno*»; di mano del XIV secolo; «*Iacobi quondam Uguicionis Pandolfi sancti Prosperi*»; «*Casciaula*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 6 aprile 1183*».

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico.

Regesto:

Viviano, camarlingo dello spedale di san Leonardo di Stagno, entra in possesso di trentacinque pezzi di terra posti nei confini di Casciavola, San Prospero di Viacava e Montione, lasciati allo spedale di Stagno da Iacopo del fu Ughiccio Pandolfi da Ponte.

Originale:

(S) In nomine sancte et individue trinitatis amen. In presentia et testimonio Gerardi quondam Benencase et Rodolfini filii Marignani et Rosselmini filii quondam Ildebrandini Manfredini, Vivianus, camerarius ospitalis sancti Leonardi de Stagno, corporaliter intravit in possessionem pro domino Bonfilio iamscripti ospitalis sancti Leonardi, ad opus et utilitatem eiusdem ospitalis, in tota terra quam Iacopus quondam Uguicionis Pandolfi de Ponte iudicavit iamdicto ospitali, sicut in cartula scripta per Ildebrandum Pavonem iudicem et notarium continetur, in confinibus Casciaule et sancti Prosperi de Viacava et Montionis; videlicet intravit in unam petiam de terra, que est sedium cum casa supra se et vinea et omni edificio suo positum in Casciaula ubi dicitur Cavina, et ipsa petia tenet unum caput cum uno latere in viis publicis et aliud caput tenet in terra Bocci quondam Bottacii et aliud latus tenet in terra Barilis quondam Benencase et in terra sancte Marie maioris ecclesie archiepiscopatus et aliquantulum in terra filiorum quondam Lanberti Lanfranci et est per mensuram stariora quinque et si plus invenitur.

Et secundam petiam est ubi dicitur Artimena, que tenet unum caput in via publica et aliud caput cum uno latere tenet in terra nepotum quondam Trolfini et aliud latus in terra filiorum quondam Pandolfini et est stariora duo.

Et tertiam petiam est ubi dicitur Porke Longke, et tenet unum caput in via et aliud caput cum uno latere in terra iamscripte ecclesie sancte Marie et aliud latus in terra filiorum quondam Pandolfi et Uguicionis notarii; et est stariora quatuor.

Et quartam est ubi dicitur A la Rivolta, et tenet unum caput cum uno latere in viis publicis et aliud caput in terra Ricii quondam Benencase et aliud latus tenet in [terra Nigri] quondam Gerardi Trolfi et eius nepotum; et est stariora sex.

Et quintam petiam ubi dicitur Trebiano, et tenet unum caput cum uno latere in viis et aliud caput in terra filiorum quondam Ildebrandi Ranuci et aliud latus tenet in terra sancte Marie et Natalis quondam Opithonis; et est stariora quatuor et si plus est.

Et sextam est ibi prope, ubi dicitur Quarrucie, qua tenet unum caput in terra filiorum quondam Tardivieni et aliud caput in terra iamscripti Barilis et unum latus tenet in terra dicti Nigri et eius nepotum et aliud latus in terra Uguicionis Petri et aliquantulum in via; et est stariora duo.

Et septimam petiam de terra ubi dicitur Grimigneto, et tenet unum caput in via publica et aliud in terra sancte Marie et unum latus tenet in terra filiorum quondam Guinithelli et aliud latus in terra Bocci c~uondam Bottaccii; et est stariora tria et panora quatuor.

Et octavam est ubi dicitur Septre et tenet unum caput in via et aliud caput in terra predicti Nigri et eius nepotum et unum latus tenet in terra Lanberti quondam Gualfredi Rabbie et aliud latus in terra iamscripte ecclesie sancte Marie Pisane; et est stariora quinque.

Nona petia est post domum Nicholi, ubi dicitur Septre, et tenet unum caput in via et aliud in terra sancte Marie et unum latus in terra Ildebrandi de Galiano et Barilis et aliud latus in terra de filio quondam Raffaldi; et est statoria novem et panora quinque et si plus est.

Decima petia de terra ubi dicitur Septre et Canpo di Lanberto, et tenet unum caput in via et aliud in terra Gerardini quondam Benencase et unum latus tenet in terra sancte Manie et aliud in terra Uguicionis quondam Cassiani; et est statorum [unum] et panora quatuor et si plus est.

Undecima est ubi dicitur A Strada, et tenet unum caput cum uno latere in viis et strada publica et aliud caput in terra filiorum Nigri de Viacava et eorum consortium et aliud latus tenet in terra Pegulocti et eius uxoris; et est statoria undecim et si plus fuerit inventa.

Duodecima est ubi dicitur Lama, ante domum Gerardi Manfredini, et tenet unum caput in strada publica, que vocatur Classo Longo, et aliud in terra sancti Barsalomei et unum latus tenet in terra filiorum Lei de Matilde et aliud latus in terra Marki quondam Contulini; et est statoria quatuor.

Tertiadecima ubi dicitur Montione, et tenet unum caput in strada et aliud in terra sancte Marie archiepiscopatus et unum latus in terra Ugucionis notarii et aliud in terra Bernardi quondam Arriguci et eius nepotum; et est statoria tria.

Quartadecima est ibi prope, iusta donum Guidocti et fratris, et tenet unum caput in strada et aliud in terra filiorum quondam Cassiani et unum latus tenet in terra de filio quondam Gualfredi Rabbie et aliud in terra iascripti Guidocti et Benencase germanorum; et est panora viginti et duo et si plus est.

Quintadecima est ubi dicitur Montione, et tenet unum caput in podio de Montione et aliud caput cum uno latere in terra plebis sancti Cassiani et aliud latus tenet in terra Ricii quondam Benencase; et est statoria tria.

Sextadecima petia est A Strada, iuxta domum filiorum quondam Uguicionis Maliavake, et tenet unum caput in strada Classo Longo vocata, et aliud in terra filiorum quondam Ianni et unum latus in terra magistri Benenati, canonici sancte Marie, et filiorum Ildebrandini Ranucii et aliud latus tenet in via et in terra filiorum quondam Uguicionis Maliavake; et hec petia inelle voluitur; et est statoria duo et panori IIII.

Septimadecima petia de terra ubi dicitur Petricio, iusta sedium filiorum Ildebrandini Manfredini, cum vinea super se et partim terra laboratoria, et tenet unum caput in strada et aliud in terra Uguicionis notarii et unum latus in terra Orlandini et comitis Cassiani et aliud latus tenet in terra iascriptorum filiorum quondam Ildebrandini Manfredini, et est statoria duo et panora duo.

Octavadecima est ubi dicitur Orso de Cafagio, et tenet unum caput in via et aliud in terra Bernardi quondam Arriguci et unum latus in terra filiorum quondam Rosselmini Bottacii et aliud in terra filiorum quondam Vernacii; et est statoria duo et panora duo.

Nonadecima petia est ubi dicitur Maiosa et tenet unum caput cum uno latere in terra filiorum quondam Arrigeci et aliud caput in terra Albertini quondam Ianni et aliud latus in terra Uberti calsolarii; et est panora quatuor et medium.

Vigesima est ubi dicitur Uscio, et tenet unum caput in terra dicti Uberti et aliud in terra Bacalaris quondam Morichelli et unum latus tenet in terra Bernardi quondam Arrici et aliud in terra filiorum quondam Ildebrandi Ranuci; et est panora octo.

Vigesima prima petia est ubi dicitur A Strada, que tenet unum caput cum uno latere in strada et via publica et aliud caput in terra ecclesie sancti Prosperi et aliud latus in terra predictorum filiorum quondam Arrigeci; et est *****.

Vigesima tertia ubi dicitur Pungelupo, et tenet ambo capita in terra iascripte ecclesie sancti Prosperi et unum latus in via et aliud in terra filiorum quondam Pandolfini et in terra iascripti ospitalis et filiorum Arrigeci; et est *****.

Vigeima quarta est ibi in eodem loco, et tenet unum caput in iascripta vigesima tertia petia et aliud in via et unum latus tenet in terra nepotum quondam Dominici Alberti de Casciaula et aliud in terra iascriptorum nepotum quondam Dominici Alberti et iascripte ecclesie sancti Prosperi et in terra iascripti ospitalis; et est *****.

Vigesima quinta petia est ibi prope, et tenet unum caput in iascripta strada, que dicitur Classo Longo, et aliud in iascripta vigesima quarta petia ospitalis et ambo latera tenet in terra sancti Prosperi; et est *****. Summa iascriptarum quatuor petiarum statoria quatuordecim.

Vigesima sexta petia est ubi dicitur Carpineto, et tenet unum caput in predicta strada et alterum caput in terra filiorum Ildebrandi Ranuci cum ambobus lateribus; et est stanora tria et panora quinque.

Vigesima septima est ibi prope et etiam in Carpineto et tenet unum caput in prefata strada et alterum in terra Gerardini quondam Benencase et unum latus in terra filiorum Ildebrandi Ranuci et alterum in terra Uguicionis Petri; et est statorum unum.

Vigesima octava est ubi dicitur Cafagio, iusta domum filiorum quondam Baroncelli, et tenet unum caput in strada et alterum in terra ecclesie sancti Iacobi et unum latus tenet in terra Fantonis quondam Baroncelli et alterum in terra nepotum Peccii et Ugolini Bononis et est statoria quatuor. In iascripta petia intravit predictus Vivianus carnerarius, salvo tamen ractio aliis hominibus, anno doiminice incarnationis millesimo centesimo oetugesimo tertio, indictione quintadecima, octavo Idus aprilis. (S)

Item eodem die predictus Vivianus camerarius intravit corporaliter in possessionem pro iascripto ospitale in unam petiam de terra a Casciaula, ubi dicitur Al Classo, et tenet unum caput in classo publico et alterum in terra filiorum quondam Maliavake et unum latus in terra sancte Marie episcopati et alterum in terra Uguicionis de Pisa; et est per mensuram statoria tria. Presente Sinibaldo Termini et Corso quondam Uguicionis Maliavake et Rosselmini quondam Ildebrandini. (S)

Insuper eodem die, in presentia Adami iudicis et notarii et Gerardini quondam Benencase de Casciaula, predictus Vivianus camerarius corporaliter intravit in possessionem, ad opus et utilitatem predicti ospitalis sancti Leonardi de Stagno, in unam petiam de terra canpia ubi dicitur Noviccio, que tenet unum caput in terra filiorum quondam Gallie et alterum in terra Guiscardi de Galiano et unum latus in terra filiorum quondam Sigerii Pacani et alterum in terra filiorum quondam Veki de Laspina; et est statoria duo.

Secunda petia est ibi prope, ubi dicitur Novicio, et tenet unum caput in terra iascripti Guiscardi et filiorum quondam Ranuci de Galiano et alterum caput in terra iascripti ospitalis et unum latus tenet in semetula et alterum in terra filiorum quondam Petri Villani; et est statoria tria.

Tertiam petiam est ibi in eodem loco Novicio, et tenet unum caput in terra filiorum quondam Sesmondi et aliud in terra Baruci de Quarto et unum latus tenet in iascripta secunda petia et in terra prefatorum filiorum quondam Petri Villani et aliud latus in terra filiorum quondam Boni Rothi; et est statoria quinque minus panora tres.

Item intravit in tota parte de quarta petia de terra laboratoria, quam Iacopus quondam Uguicionis Pandolfi emit ab Uguicione et Ugone atque Arnone gernanis quondam Tancredi comitis, in loco ubi dicitur Angkiale, et tota ipsa petia tenet unum caput in terra filiorum Ponthonis et aliud in terra filiorum quondaia Corbuli et unum latus tenet in fovea de palude et aliud in terra sancte Marie episcopatus et in terra sancti Michaelis de Verruca; et est predicta pars infra iascriptam petiam statoria triginta et quatuor et si plus est.

Quinta petia de terra est pratum ubi dicitur Borla, et tenet unum caput in fovea que vocatur Borla, et aliud caput cum uno latere in terra Fascianensibus et aliud latus tenet in terra Rainerii quondam Tinti; et est modiora tria et dimidiun.

Sexta est ibi in predicta Borla, et tenet caput in Borla et aliud caput ***** et ambo latera tenet in terra iascripti Rainerii filii quondam Tinti Bernardi Bechi; et est modiora duo.

Septima petia similiter pratum ibi in Borla, et tenet unum caput in Borla et aliud caput ***** et unum latus tenet in terra sancti Pauli et in terra filiorum quondam Lotterii de Valtriano et aliud latus in terra Rainerii quondam Tinti; et est statoria duodecim.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius donni Frederici inperatoris, predictis possessionum ingrediendis his omnibus interfui et hec fideliter scripsi.

3 giugno 1182

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.124. Diplomatico generale n.749. 1183 giugno 3 stile pisano. Indizione 15. LUNGA.

Edizioni:

A. D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del Rinascimento giuridico*, Firenze 1960, pp.315-328.

2^a edizione, Milano 1962, pp. 253-263 Nr 21.

Note:

La pergamena è danneggiata lungo il margine destro, soprattutto nella parte inferiore.

Sul verso di mano coeva: «*Sententia inter comitem Ugolinum quondam Maleparute et hospitale de Stagno, Oliveto, petio terre de Oliveto quo Ugolinus Malaparute*»; di mano del XVIII secolo: «*Sentenza data fra Ugo conte e Bonfiglio rettore dello spedale di Stagno di quarta parte d'Uliveto et di di terra in Uliveto*»; di altra mano del XVIII secolo: «*Sententia data fra Bonfiglio rectore dello spedale di san Leonardo a Stagno e Ugo Malaparuta per Ophito loro arbitro di molti e diversi pezzi di terra esistenti in confini di Oliveto e Monte Massimo. Rogata per Adam nel 1183 tertio Nonas iunii*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 2 giugno 1183*».

Regesto:

Sentenza del giudice Opizzo eletto arbitro nella causa vertente fra Graziano, sindaco dell'ospedale di Stagno da una parte, e il conte Ugolino di Malaparuta dall'altra, con la quale si dichiara quali dei beni descritti minutamente appartengano all'ospedale e quali al conte.

Originale:

In nomine domini amen. Ego Opitho iudex, arbiter electus a Bonfilio domino et rectore hospitalis de Stagno et a Gratiano sindaco suprascripti hospitalis, pro ipso hospitali, consensu et presentia Viviani eiusdem hospitalis camerarii et presbiteri nomine Ildebrandi eiusdem hospitalis, ex una parte, et ab Ugone Maleparute ex alia, ad penam trecentarum librarum sibi hinc inde promissam, ad diffiniendas lites et discordias omnes que inter se movere possunt et moverint coram me ante sententiam et cognoscendas ad terminum per rationem et terminos sub sacramento sicut iudices foretaneorum conmorantes aput sanctum Abrosium iudicare tenentur sacramento ultimo termino superveniente, eas sic diffinio.

Siquidem suprascriptus syndicus Gratianus pro ipso hospitali agit contra comitem Ugonem predictum de terris in peremptorio comprehensis et de terris comprehensis in cartulis mihi iudici datis per capita et latera cum suis pertinentiis, actione in factum reddita loco interdicti uti possidetis et in rem directa et utili et condictione ex lege "legatio missorum nostrorum" et ex constituto "de rebus et libertatibus et cetera" et officio iudicis et ex sacramento consulum;

item de uno equo agit contra eundem Ugonem in rem directa et utili et condictione furtiva et furti in duplum vel pro estimatione equi de libris centum decem condictione certi et in rem et officio iudicis et condictione furtiva;

Ugo comes respondit, salvo si est syndicus Gratianus, quod non credit se teneri de octava parte que in peremptorio continetur silvarum et botrorum et forestorum nec de masia et aliis terris et cellario in peremptorio comprehensis et in cartulis iudici ostensis prefatis actionibus cum non credat hospitale dominium nec ius in re habere nec ipsum possidere nec eius possessionem se invasisse salvo si prefata masia ita teneat capita et latera et si prefati bossi seu silve infra predictos confines curtis Oliveti vel infra predictos confines sunt;

de equo respondit quod non credit se teneri cum non habeat nec dolo desiit possidere unde non credit se teneri suprascriptis actionibus et hec respondit salvo ut dicat ex qua causa utilem et quod non potest exercere tam contrarias actiones;

Gratianus Magialis pro eo respondit in actione furti quod non credit ipsum teneri suprascripta actione furti qui cavit iudicatum solvi et quod tempore recitande sententie presens erit pro quo estitit fideiussorem suprascriptus Ugo sub hypotheca rerum suarum et quod tempore recitande sententie presens erit.

Hee sunt terre in peremptorio comprehense, videlicet octava pars omnium silvarum et boscorum et forestarum que sunt posite in curte de Oliveto, et tenet unum caput ex parte meridiei in rivo Maiori vocato et sic vadit ad locum ecclesie sancti Pauli de Ripa de Arno qui vocatur Pogia et Aquabona, aliud caput in terra Ubaldi filii Marci et Ugonis Caciabatis et fratris et Ugonis Maleparute et filiarum quondam Rainerii cum uno latere et est ipsa terra in qua tenet ipsum caput et latus de curte Montemaximi, aliud latus in terra de marca scilicet in terra curtis de Livorna, infra quos suprascriptos confines continentur suprascripti bosci: primus Albina, secundus Valleriana, tertius Planus de Rota usque ad rigone Selvagnum, quartus Botrobuio, quintus Tegularius, sextus Gumbilius usque ad Olivetum, septimus Raseta cum cultis et incultis, octavus in Valle, nonus buscus est super Carbonariam.

Item in peremptorio continetur de masia Viviani et fratris quondam Arnulfi, et tenet caput unum in loco dicto Carbonaria, aliud in Cassornia, latus in terra sancti Pauli, aliud in terra filiorum Ubaldi et sancti Viti et de filiis dicti Arnulfi et de omnibus terris quas laborant et tenent et de parte data et constituta hospitali per arbitros facta et de cellario quod fuit Rainerii et de uno dextrario vel pro eius estimatione de libris CX.

Hee sunt petie in cartulis mihi iudici ostensis comprehense quas tenent Lambertus et Barone quondam Becci:

primum petium est sedium in Oliveto, caput in via cum uno latere, aliud caput in terra Ugonis, aliud latus in terra filiarum quondam Ubaldini;

aliud petium cum area, caput in terra hospitalis, aliud in terra Ugonis et hospitalis, latus in terra suprascriptarum filiarum Ubaldini, aliud in via;

aliud petium ibi prope, capita in viis, latera in terra suprascriptarum filiarum Ubaldini;

quartum ad Guadam de Vignale, caput in guado, aliud in terra suprascriptarum filiarum Ubaldini, latus in via, aliud in terra hospitalis et Ugonis et predictarum sororum;

quintum petium in Raseta, caput cum uno latere in terra Ugonis, aliud caput cum latere in terra suprascriptarum sororum quondam Ubaldini;

sexta petia ibi prope, caput cum latere in via, aliud caput cum latere in terra Ugonis;

septima petia ibi prope, caput in via comuni, aliud caput cum latere in terra Ugonis, aliud latus in terra suprascriptarum sororum;

octavum petium ad Plebem Vecchiam, caput in via, aliud in rivo, latera in terra Ugonis;

nonum petium in Castellare de Valleriane, capita et latera in terra filiarum quondam Ubaldi et Ugonis;

decimum petium in loco dicto *Coste de l'Abate*, caput in via, aliud in silva comuni, latus in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud latus;

undecimum petium a la Tassinaia in Valle Fraxi, caput in terra filiorum quondam Ubaldi, latus in terra hospitalis, aliud latus in terra suprascriptorum;

duodecima petia ibi prope, caput cum latere in terra hospitalis, aliud caput in terra filiorum Ubaldi, aliud latus in terra Ugonis;

XIII petia ibi prope in Colle Silvano, caput in via de Maniatina, aliud in terra Ugonis et hospitalis, latus in Oscione, aliud in terra filiorum Ubaldi, quarta pars est Lamberti et fratris pro indiviso et tenent eam pro hospitali;

XIII petia ad Trambacque, caput cum latere in terra filiorum Ubaldi, aliud caput cum latere in terra Ugonis et hospitalis;

XV petia in monte de Limone, capita et latera in terra filiorum Ubaldi et Ugonis et partim in terra sancti Quirici.

Hec sunt capita et latera terrarum cum vineis et domibus quas tenet Pactume:

primum petium est sedium in quo habitat, caput in viis, latus in terra Ugonis, aliud in terra filiorum quondam Ubaldi;

secundum petium capita ambo in terra Ugonis cum latere, aliud in terra filiorum quondam Ubaldi;

III petia ad Carrariam, caput in via, aliud in terra ecclesie de Oliveto, latus in terra filiorum Ubaldi, aliud in terra Ugonis;

III petia ibi prope, capita in terra hospitalis cum uno latere, aliud latus in terra Ugonis;

petia cum area, capita et latus in via, aliud latus in terra Ugonis;

V petia cum area, capita et latera in via, aliud latus in terra Ugonis;

VI petia ad Plebem Vecchiam, caput in terra plebis, aliud in terra filiorum Ubaldi, latus in rivo, aliud in via;

VII petia ibi prope, caput in silva comuni, aliud in via del Tanaio, latus in rivo, aliud in terra Ugonis, et tenet pro indiviso ipsam petiam cum quibusdam qui tenent pro Ugone et filiis et ipse pro hospitali et est octava pars ipse petie hospitalis;

VIII petium ad quadum dictum de Vignolo et tenet caput in ipso guado, aliud in terra filiorum Ubaldi, latus in via, aliud in terra Ugonis, et tenet quartam partem pro diviso ipsius petii pro hospitali;

VIII petia in Raseta, caput in via, aliud in terra filiorum Ubaldi, latera in terra Ugonis;

X petia est posita in loco dicto Campo, caput cum latere in rivo, aliud caput in terra hospitalis, aliud latus in terra Ugonis;

XI petia in Raseta, caput cum uno latere in terra Ugonis et hospitalis, aliud caput in terra filiorum quondam Ebriaci, latus in terra filiorum quondam Ubaldi, et tenet medietatem ipsius petie pro diviso pro hospitali et partim pro indiviso;

XII petia est in loco dicto Colle de Termino, est terra campia et silva, caput in terra hospitalis, aliud caput in terra filiorum quondam Ubaldi, latus in terra sancti Viti, aliud latus in rivo.

Hec sunt capita et latera terrarum Lambertii quondam Becti et fratris:

I petium est positum in Fundo cum vinea, capita in terra hospitalis, latus in terra Ugonis, aliud latus in terra filiorum Ubaldi et Ugonis et hospitalis;

II petia ibi prope cum vinea, caput in terra Ugonis, aliud in terra hospitalis, latus in terra dicti Ugonis, aliud in terra hospitalis;

III petia in loco dicto Oliveto, caput cum latere in busco comuni, aliud caput in terra sancti Viti, aliud latus in terra Ugonis;

III petia in loco dicto Prato Gobbuli, caput in via cum latere, aliud caput cum latere in terra filiorum quondam Ubaldi;

V petia est in loco dicto Cafagio et tenetur a suprascriptis et Pactume, capita in terra filiorum quondam Ubaldi, latera in terra Ugonis.

Item capita et latera terrarum que fuerunt detente ab Oliverio:

I petia in Valle de Plebe, capita in terra Ugonis, latera in terra hospitalis;

petium ibi prope, caput cum latere in terra hospitalis, aliud caput in terra Ugonis, aliud latus in via;

III petium in Raseta videlicet Vinea de Fundo, capita in terra hospitalis, ambo latera in terra Ugonis;

III petia in Oliveto iuxta turrem cum cellario, caput cum uno latere in terra Ugonis, aliud caput in terra hospitalis, aliud latus in terra suprascriptarum filiarum quondam Ubaldini;

V petia ibi prope, caput in terra Ugonis, aliud in terra hospitalis, latus in terra filiarum quondam Ubaldini, aliud in terra filiorum quondam Ubaldi;

VI petia iuxta aream Lambertii, caput in via, aliud in terra hospitalis, latus in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra Ugonis;

VII petia ibi prope, caput in via, aliud in terra suprascriptorum, latus in terra Ugonis, aliud in terra hospitalis;

VIII petia a le Ficarelle, ambo capita in terra hospitalis, latus in terra sancti Viti, aliud in terra de marca;

VIII petia in Valle Fraxi, caput cum uno latere in terra Ugonis, aliud caput in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra hospitalis et consortium;

X petia ibi, caput cum latere in terra filiorum Ubaldi, aliud caput in terra Ugonis, aliud latus in bosco;

XI petia in Valleriani, caput in terra filiorum Ubaldi, aliud in terra Ugonis cum latere, aliud latus in terra filiorum Ubaldi;

XII petia ad Plebem Vecchiam, vinea et boscum, caput in rivo, aliud in terra sancti Pauli, latus in terra filiorum Ubaldi, aliud in terra Ugonis.

Hec sunt capita et latera terrarum filiorum quondam Arnulfi:

videlicet de tota masia de Carbonaria quartam partem, cuius masie tenent filii quondam Arnulfi pro diviso, tenet caput in via, aliud in terra sancti Viti, latus in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud latus in rivo;

II petia in Raseta, ambo capita in terra Ugonis, latus in terra filiorum Ubaldi, aliud latus in terra hospitalis;

III petia ibi prope, ambo capita cum uno latere in terra Ugonis, aliud latus in terra filiorum quondam Ubaldi;

IIII petia in loco dicto Lama, caput in terra Ugonis cum latere, aliud latus cum capite in terra filiorum quondam Ubaldi;

V petia ibi prope, caput cum lateribus in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud latus in silva;

VI petia ibi, ambo capita in terra Ugonis, latus in terra hospitalis, aliud in silva comuni;

VII petia in loco dicto Campo, capita et latera in terra Ugonis;

VIII petia in Campo ad Uscium, caput cum lateribus in terra filiorum quondam Ubaldi et consortium, aliud caput in terra suprascriptorum filiorum quondam Ubaldi;

VIII petia in Valle Fraxi, capita in terra Ugonis, latus in terra sancte Marie de Uliveto, aliud in silva;

X petia ibi prope caput in terra Ugonis, aliud in terra filiorum quondam Ubaldi, latus in via, aliud in terra hospitalis;

XI petia prope Oscionem, caput in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra Ugonis, latus in Oscione, aliud in terra sancti Viti.

Mascia de Masciaula tenet caput in rivo Maiori, aliud caput cum uno latere in terra filiorum quondam Ubaldi, latus in terra abathie sancti Pauli; medietatem ipsius mascie tenent Arturius et Ildebrandinus de Masciaula pro diviso a dicto hospitali in loco dicto Vallederiana;

habet Arturius unum petium a dicto hospitali, caput in terra Ugonis Maleparute, aliud in terra filiorum quondam Ubaldi, ambo latera in terra filiorum quondam Ubaldi et consortium;

item unum petium in loco dicto Tanaio, capita et latera in terra filiorum quondam Ubaldi;

tertium petium in Valle de Fraxio, caput in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra hospitalis, latus in terra suprascriptorum filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra dicti Ugonis;

quartum petium in loco dicto Campo, caput in via cum uno latere, aliud in terra sancti Viti, aliud caput in terra de marca;

quintum petium in loco dicto Tegulario, caput in via, aliud in terra filiorum Ubaldi et consortium, latus in botro, aliud in terra suprascriptorum filiorum quondam Ubaldi;

sextum petium in loco dicto Trambacque ad Oscionem, caput in Casebono, aliud in Oscione, latus in terra Ugonis suprascripti, aliud in terra Rainerii et fratris.

Ildebrandinus tenet unum petium in Valleriani, caput in terra suprascripti Ugonis, aliud in rivo, latus in terra Rainerii et fratris, aliud in terra Rodulfi et fratrum.

In Plassano Periciolus tenet sedium in quo habitat, caput in via, aliud in terra Ugonis, latus in terra Rainerii et fratris, aliud in terra que fuit Rainerii;

secundum petium ibi prope, caput in terra que fuit Rainerii, aliud caput in via, latus in terra Rainerii et fratris, aliud latus in terra Ugonis;

tertium petium Campo de Pila, caput cum uno latere in via, aliud latus in terra Rainerii et fratris, aliud in terra que fuit Rainerii;

quartum petium dicta Campo de La Ceppa, caput in botro, aliud in terra Ugonis cum uno latere, aliud in terra que fuit Rainerii;
quintum petium Campo dicto a la Pietra Grande, caput in terra Rainerii et fratris, aliud in terra Ugonis, latus in terra que fuit Rainerii, aliud in terra suprascripti Rainerii et fratris;
sextum petium in loco dicto Tane, capita et latera in terra Ugonis;
septimum petium in loco dicto Querceto, capita in viis, latera in terra suprascripti Ugonis;
octavum petium prope Fabricam, capita in terra Ugonis, latus in terra Rainerii et fratris, aliud latus in terra dicti Rainerii et consortium;
nonum petium in Monte de Limone videlicet octava pars totius montis, caput in terra abathie sancti Pauli, aliud in terra abbathie sancti Quirici, latus in botro, aliud in terra filiarum quondam Villani et filiorum quondam Ricucci;
decimum petium in loco dicto Cavallo Matholini, caput in terra illorum de Montione, aliud in terra suprascriptorum filiorum quondam Ubaldi, latus in terra Ugonis et consortium, aliud in terra;
undecimum petium in Sartiana, caput et latus in viis, aliud caput in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud latus in terra sancti Pauli;
duodecimum petium in Salviano, caput in terra de marca, aliud in terra Ugonis, latus in terra filiorum quondam Ubaldi, aliud in terra;
tertiodecimum in Guilica, capita in terra de marca, latus in via, aliud latus in terra de marca;
quartodecimum petium in Calamosca, caput in terra de marca cum latere, aliud caput cum latere in terra Ugonis;
quintodecimum petium in Valle de Fraxo, caput in silva comuni, aliud in terra Raineri et fratris, latus in terra Ugonis, aliud in terra hospitalis;
sextodecimum petium in loco dicto Anguillaia, caput in Prato Plebani, aliud in terra Ugonis cum latere, aliud in terra suprascripti Rainerii et fratris;
septimodecimum petium est in silva in Collinaria, caput in terra sancti Pauli, aliud in terra Ugonis, latus in botro.

Hec sunt capita et latera terrarum que fuerunt Oliverii:

primum est sedium, capita in viis publicis, latus in terra Ugonis suprascripti, aliud latus in terra filiarum quondam Ubaldini et ecclesie sancte Marie de Oliveto.

Hec sunt capita et latera masie de Colinaria Ugonis Maleparute et hospitalis de Stagno: primum caput totius masie est in via, aliud in rivo dicto Ardensa, latus in terra Benecti quondam Vernaccii, aliud in terra abathie sancti Pauli, et tenet medietatem ipsius masie pro diviso Ugolinus de Collinaria pro hospitali de Stagno.

Item e converso Bonaccursaus advocatus Ugonis Maleparute, procurator eius, pro eo agit contra Gratianum syndicum hospitalis de Stagno pro ipso hospitali de omnibus silvis et boscis et forestis que continentur in curte Oliveti que fuerunt detente pro Rainerio fratre suprascripti Ugonis et de medietate mascie que vocatur Carbonaria cum pertinentiis suis in rem directa vel utili et de aliis omnibus a sindico petitis excipit pro dote et donamentis et iudicio domine Giulie a qua causam habet de his in quibus est in possessionem, et de quibus non est in possessionem agit contra eundem syndicum pro ipsa dote et donamentis et iudicio ypothecaria directa vel utili; ille rector salvo si est procurator et ut caveat de rato et ut designet capita et latera terrarum et boscorum petitorum et ut dicat quid possideat et quid petat, quod non credit se pro suprascripto hospitali de suprascriptis prefatis actionibus teneri.

Item agit Ugo suprascriptus contra suprascriptum syndicum de uno petio terre posito in Fundo cum vinea, capita in terra hospitalis de Stagno, latus in terra Ugonis suprascripti, aliud in terra suprascripti hospitalis et Ugonis et filiorum quondam Ubaldi, actione in rem directa et utili et uti possidetis et “de rebus et libertatibus” et de uno petio terre que vocatur Terra de Cerasio, tenet caput

in via, aliud in terra Fascianensium, latus in terra marchesana, aliud in terra Ugonis suprascripti, ea ratione quia feodum est de marca et utili in rem.

Sindicus ad suas fundandas intentiones ostendebat iudicium Rainerii Maleparute quo continebatur eum iudicasse suprascripto hospitali medietatem quod sibi pertinuit in curte Oliveti de terris et silvis et plano et monte et suam medietatem masie de Colinaria et fuerat pro sua parte de predictis boscis et forestis quarta pars ab eodem Rainerio detenta ideoque suo hospitali octavam partem contingere dicebat pro ipso iudicio et habere in rem actionem si non possideret, set affirmabat se prevalere in interdicto uti possidetis quo dicebat se probasse per publicum instrumentum per Petrum Gottifredi notarium confectum quo continebatur possessionem suprascriptorum boscoum et silvarum et hominum et quarundam rerum pro omnibus que in iudicio Rainerii continebatur pro hospitali fuisse apprehensam ex mandato fideicommissariorum secundum dispositionem iudicii et postea per sententiam divisionis facte per arbitros civitatis dicebat fuisse datam ipsam possessionem et res que continentur in divisione contra filias Rainerii et eius heredes dicebat etiam in his se esse potioem et suum hospitale per possessionem [da]tam a treguano per consulis preceptum et per sententiam arbitrorum et ex sacramento consulum et si constaret quod nunc non possideret per predicta argumenta dicebat constare quod prius possessionem habuerat hospitale et iniuste ei erat ablata ab eo Ugone si nunc teneret et eum teneri de rebus et libertatibus et ex constituto cum suis appendiciis et cetera.

Ugo [et eius procura]tor Bonaccursus et advocatus respondit quod hoc totum nichil sibi preiudicat et nulla predictarum actionum teneri quia ipse dominus est ex constituto de his que in cartula Giulie antefacti continentur per comperam factam ab ea et de his que non continentur in carta antefacti dicit se potioem pro dote et iure Giulie sibi vendidit cum omnia bona Rainerii sint sibi ypothecata pro his quamvis nichil inde [posside]ret et secum effecta habere predictas actiones verum tamen dicit se potioem esse in possessione quia rustici post mortem Rainerii qui eius terras tenebant constituerunt se possidere pro eo et ei pro his servierunt et de hoc testibus nisus est probare, dicit etiam per Giuliam se esse potioem quia per consules ipsa fuit missa in possessionem antefacti et pro dote et iudicio in aliis bonis Rainerii per sententias datas contra filias eiusdem Rainerii per iudices civitatis.

Sindicus e contra dicebat res inter alios acta vel iudicata nemini debere preiudicare.

Ideoque factum Giulie nichil sibi nocere cum constet per publica instrumenta eorum possessionem et sententias prius fuisse et eam Giuliam in iudicio iuri consensisse qui voluit quod illa haberet libras pro suo antefacto et dote unde tuetur se exceptione et de hoc testes attulit syndicus; similiter attulit testes de iudico equi et de contractatione quibus predictum Ugonem in actionibus contra eum de libris CX propositis et eius procuratorem Gratianum Magialem in actione furti pro duplo esse condemnandas sibi pro suprascripto hospitali dicebat syndicus quod non possidet ea que venerunt in parte filiarum Rainerii per arbitros facta, sed que venerunt sibi in parte et alia ea iudicata dicebat etiam pars syndici quod ypothecaria non potest conveniri cum generalis est ypotheca pro dote et aliis supradictis et habet causam a principali et elegit heredes et sibi vel suo actori sit satisfactum et potest satisfieri contra principalem, dicebat etiam per cartam antefacti Giulie quam ostendit non debere dampnari in his que possidet de [ante]facto cum non sit facta et firmata secundum ordinem iuris.

Unde ego suprascriptus arbiter, auditis allegationibus utriusque partis, inspecto tenore iudicii comitis Rainerii facti suprascripto hospitali, et inspectis possessionum ingressibus factis a Sismundo hospitalerio pro ipso hospitali et etiam a domina Giulia vel alio pro ea et etiam a comite Ugolino, et inspectis etiam sententiis datis contra filios et heredes [Rainerii] et etiam de divisione facta inter eos per arbitros civitatis et sacramento consulum, et etiam inspecta carta antefacti Giulie et iuditiis pro ipso antefacto, et cartam factam in comitem Ugolinum ab ipsa Giulia, et etiam inspectis attestationibus iudicii de equo, causa cognita de omnibus boskis que supra dicuntur contineri in peremptorio pro ea parte que in petitione et peremptorio continetur ut super designatur et de supradesignatis esse in eodem peremptorio et in divisione facta per arbitros civitatis etiam per capita et latera ut supra assignata sunt et petita excepto cellario et terra in qua est, quod

fuit comitis Rainerii, predictus syndicus pro hospitali et ipsum hospitale in possessione potioem pronuntio et de possessione eorumdem comitem Ugolinum et Bonaccursum eius procuratorem condempno, sindico pro [hospitali] et hospitale et eius syndicum pro eo ab eis absolvo.

De possessione cellari ipsum syndicum eis condempno et Ugonem et eius procuratorem absolvo et condempno suprascriptum syndicum pro ipso hospitali et ipsum hospitale eidem Ugoni et Bonacurso eius procuratori in restitutione boscorum et aliorum suprascriptorum que pro antefacto et in carta antefacti Giulie continentur et hospitale possidet a petitione retentionem dotis et iudicii ipsum Ugonem et eius procuratorem absolvo ab omnibus vero aliis hinc inde suprapetitis.

Et in actionibus pro equo propositis cum syndicus deficiat in probatione iudicii salva tamen petitione proprietatis comiti Ugolino de suprascripto petio in loco dicto Fundo cum vinea et alterius petii terre que vocatur Cerasio salva questione repetitionis ea ratione quia de marca et utili in rem per capita et latera ut supra designantur eos Gratianum Magialem de actione furti ad invicem alterum ab altero absolvo, salva sententia possessionum suprascriptarum ut prius a me data est.

Data Pisis in claustro hospitalis sancti Laurentii de Rivolta, presentibus Lamberto Cigulo et Rainerio quondam Guilicionis, et Raineriogello avvocato, anno domini millesimo centesimo octuagesimo tertio, indictione quintadecima, tertio Nonus iunii.

(S) Ego Adam, iudex ordinarius domini imperatoris Friderigi et notarius, hanc sententiam parabola et mandato suprascripti Opithonis iudicis scripsi et firmavi.

(S) Ego Opitho, iudex et notarius apostolice sedis, hanc sententiam a me datam et meo mandato scriptam, subscribendo confirmo.

11 giugno 1182

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.125. Diplomatico generale n.750.
1183 giugno 11, Indizioe 15. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico. Tracce di rigatura.

Sul dorso di mano coeva: «*Iudicium quod fecit Niger quondam Gerardi Trolfi hospitali sancti Leonardi de Stagno*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 11 giugno 1183*».

Regesto:

Nero, figlio del fu Gerardo Trolfi, in occasione di una malattia, lascia allo spedale di san Leonardo di Stagno tre pezzi di terra posti in Casciavola.

Fatto in Sancasciano.

Rogò Ughiccio guudice e notaio.

Originale:

(S) In nomine domini amen.

Ideo ego Nyger, filius quondam Gerardi Trolfi, corpore infirmo, mente sana, iudico et trado pro anima mea hospitali sancti Leonardi de Stagno unum stariorum de terra in confinibus Casciaule, in loco ubi dicitur Canpo Gogeri, prope domum Guidotti, quod tenet unum caput in via publica, aliud in terra *****.

Item iudico, lego iamscripto hospitali unum alium stariorum de terra in eodem confinibus iuxta Septre, in loco ubi dicitur Guiderepo, et tenet unum capiut in via publica, aliud in terra sancte Mariearchiepiscopatus et unum latus ex parte occidentis tenet in terra prefati hospitalis et aliud latus in terra mea que mihi reservo et meorum nepotum.

Item iudico et lego et trado predicto hospitali alium stariorum de terra in iamscriptis confinibus, ubi dicitur Via de Castello, et tenet unum caput in terra Lamberti Grassi, aliud caput in terra sancte Marie episcopatus, unum latus in terra Bandini Berithelli et aliud latus in terra *****.

Tali pacto sive vixero sive obiero sit firma iamscripti hospitalis nisi sine filio vel filia, retento usufructum dum vixero.

Actum Sancto Cassiano in camera iamscripti Nygri, anno domini millesimo centesimo octuagesimo tertio, indictione quintadecima, tertio Idus iunii, in presentia Opithonis iudicis et Henrici quondam Uberti et Boneinsigne quondam Comitibus, rogatorum testium, et etiam Trolfini quondam Bernarducci et Rainerii quondam Tiniosi testium et in iamscripto iudicio consenserunt.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, interfui et hoc iudicium rogatu iamscripti Nigri scripsi et firmavi.

13 giugno 1182

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.126. Diplomatico generale n.751.
1183 giugno 13, Indizione 15. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico.

Sul verso di mano coeva: «*Tenore quod hospitale habet in Alma*»; di mano del XVIII secolo: «*Copiato dello spedale di Stagno*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 13 giugno 1183*».

Regesto:

Frate Bernardino, converso dello spedale di Stagno, prende il possesso del castello, poggio e curia di Alma, per la parte lasciata in eredità allo spedale da Cuppa del fu Uberto. Il castello al momento deserto e rovinato. Frate Bernardino agisce in seguito all'ordine datogli il giorno prima dal rettore Bonfiglio.

Rogò Ascianense notaio imperiale.

Originale:

In Christi dei eterni nomine amen.

Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod Bernardinus quondam *****, frater et conversus hospitalis de Stagno, pro ipso hospitali, ex parabola ac mandato domini Bonfilii rectoris et domini predicti hospitalis, hesternum die facto sibi ab ipso domino hospitalis in porticu domus ipsius hospitalis, que est ex parte Kintice, prope monasterium sancti Pauli de Ripa Arni extra civitatem, coram me Ascianense iudice et notario et testibus subscriptis, pro eo quod Cuppa quondam Uberti iudicavit suprascripto hospitali totum quod sibi pertinebat in curia de Alma, intravit corporaliter in possessionem castelli et podii ipsius Alme et curie eius positi iuxta mare, cui castello [et po]dio sive curie continetur continue etiam in uno petio valde magno omnia que scripta inventa sunt per nominatos et certos confines designata et terminata prout habetur in quodam veteri instrumento emptionis medietatis ipsius castelli et podii de Alma et ceterorum in ipso instrumento contentorum.

Quod castellum et podium Alme iuxta mare, ut dictum est, positum, est derelictum ab habitantibus et dissipatum.

Hec acta sunt in presentia et testimonio Arpionis fabri quondam Paganucci et Henrigi de Gozzo fabri quondam Bernardi fabri, dominice incarnationis anno millesimo centesimo octuagesimo tertio, indictione quintadecima, Idus iunii.

(S) Ego Ascianensis, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius et notarius, predictis interfui et ad perempnem memoriam hec scripsi et firmavi.

15 marzo 1183

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.122. Diplomatico generale n.747.
1183 marzo 15 stile pisano= stile comune. Indizione 1. LUNGA.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico. Tracce di rigatura. Sul verso di mano coeva: "*In terra Casciaule*"; di mano coeva: «*Cartula hospitalis de Stagno de terra quam emit donnus Rolandus a Rainerio Riccii*»; di mano del XIII secolo: «*Carta quod Raynerius Riccii vendidit Rolando rectori ecclesie sancti Leonardi petiam terre positam in Casciaula*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 15 marzo 1183*».

Regesto:

Ranieri del fu Riccio e sua moglie Imelda vendono a Rolando, rettore dello spedale di san Leonardo di Stagno, il quale compra per il suddetto spedale, un pezzo di terra posto presso Casciavola, nei confini di san Michele in Casalino, per il prezzo di cinquantun lire, tredici soldi e quattro denari di moneta pisana.

Originale:

(S) In nomine domini nostri dei eterni. Anno incarnationis eius millesimo centesimo octuagesimo tertio, indictione prima, Idus martii.

Ex hac litterarum publica serie omnibus manifestum sit quod ego Rainerius quondam Riccii per hanc cartulam vendo et trado tibi donno Rolando, rectori hospitalis sancti Leonardi de Stagno, ementi pro ipso hospitali, unam integram petiam de terra posita ad Casciaulam, in confinibus sancti Michaelis in Casalino, et vocatur Campus Sighinolfi, et tenet utraque capita in terra Gerardi Tederine et Guidonis Marignani, latus unum in via, aliud in terra Guidonis Marignani; et est statoria quinque et panori duo, pro pretio de unoquoque statorio libras decem denariorum, quod est in summa libras quinquaginta et una et soldi tredecim et denarii quattuor denariorum Pisane veteris monete nunc currentis. Quod totum in veritate et non spe future numerationis me a te recepisse in hoc scripto publico confiteor. In hac venditione mea immisceo et comprehendo inferiora, superiora, terminos et introitus suprascripte terre petie pertinentes, iura etiam et actiones utiles, directas et mixtas que mihi inde competunt tibi cedo ut inde tuo nomine agere possis et experiri nomine suprascripti hospitalis. Quam meam venditionem et traditionem si ego, vel meus heres sive cui nos dedissemus, aut dederimus tibi aut tuis successoribus seu cui dederitis, vel habere dereveritis retollere, minuere, molestare, causari, vel imbrigare quoquo modo, seu ingenio quesierimus, et etiam si eandem ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo et per stipulationem sollempnem tibi promitto me et heredes meos tibi et tuis successoribus et cui dederitis prescriptam venditionem et traditionem meam in duplum in ferquido loco sub estimatione prout tunc fuerit pene nomine composituros. Et precipio tibi pro suprascripto hospitali corporaliter in suprascripte terre possessionem intrare et pro me tenere constituo. Et sic suprascripta omnia Petrum, iudicem et notarium, scribere rogavi.

Ad hec Imelda, uxor suprascripti Rainerii, consensu suprascripti viri mei, sub notitia et interrogatione Petri iudicis interrogata et cognita me nullam pati violentiam, set libera voluntate mea, predictae venditioni consentio et inde omni iure meo renuntio et specialiter iuri hypothecarum mearum et hoc facio tibi suprascripto donno Rolando, rectori suprascripti hospitalis, pro suprascripto hospitali recipienti. Et sic Petrum iudicem et notarium scribere rogaavi.

Acta sunt hec Pisis, in balatorio domus suprascripti Rainerii, in porta maris, presentibus Bernardo quondam Rolandi et Glandulfo quondam Ugo lini et Gerardino quondam Benencase, ad hec rogatis testibus. (S)

(S) Ego Petrus Gottifredi, domini Frederigi Romanorum inperatoris ordinarius iudex et tabellio, prefatis ut iudex interrogans interfui et hanc cartulam rogatus scripsi, complevi et dedi. (S)

21 aprile 1184

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.128. Diplomatico generale n.764.
1185 aprile 21, Indizione 2. CORTA.

Note:

Pergamena in buono stato di conservazione, deteriorata verso la metà del margine destro. Inchiostro unico.

Sul verso di mani coeve: «*Cisanum*», «*Cesaneto*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alla Rivolta 21 aprile 1185*».

Regesto:

Cinello del fu Cisanello lascia allo spedale di san Leonardo di Stagno, qualora muoia senza eredi, due pezzi di terra posti in Cisano.

Fatto in Ripa d'Arno, nella casa del detto spedale.

Rogò Adamo notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo quinto, indictione secunda, undecimo Kalendarum madii.

Cum enim unicuique liberum sit arbitrium liberaque potestas res suas et bona, prout placet et quibus placet legitime disponendo, dare, legare, relinquere et iudicare, ideo ego Cinellus quondam Cisanelli, sano corpore et intellectu, si deus me sine alia legitima voluntate et dispositione iudicaverit et sine herede legitimo, filio vel filia, iudico hospitali sancti Leonardi de Stagno unam petiam terre partim cum vinea et partim est terra vacua, et est posita in Cisano, que tenet unum caput in terra Bonaccursi Bocculi et in terra Bartholomei, aliud¹ vero caput tenet in via, latus unum tenet in terra Berlingerii quam tenet Puliensis et fratres, aliud in terra Manni; et est stariora sex.

Item iudico suprascripto hospitali aliam petiam positam ibidem, que tenet caput cum uno latere in terra Martinossi, aliud caput in terra Manni, aliud latus in terra filii quondam Cencii.

Et volo quod non liceat alicui domino predicti hospitalis ne alicui persone predictam terram vendere vel alienare aliquo modo, sed semper maneat ad servitium dei et pauperum.

Volo insuper quod si hec mea ultima voluntas de iure testamenti non valeret, vim saltem codicillorum vel cuiuslibet ultime voluntatis optinent vel iure Pisano valeat.

Et taliter omnia suprascripta me Adam iudicem et notarium domini imperatoris scribere rogavit.

Actum in Ripa Arni, in domo predicti hospitalis, prope ecclesiam sancti Pauli, presentibus Terolfo quondam Odimundi, Giberano quondam Rustichelli et Ugone quondam Pennati, testibus ad hec rogatis.

(S) Ego Adam, iudex ordinarius domini inperatoris Frederici et notarius, hoc testamentum sive ultime voluntatis dispositionem, rogatus suprascripti Cinelli, scripsi et firmavi.

¹ ali.

10 giugno 1184

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.130. Diplomatico generale n.767.
1185 giugno 10, Indizione 2. CORTA.

Note:

Pergamena rigata, con varie macchie di umidità. Sul verso di mano coeva: «*Cognano*»; di mano del XIII secolo: «*In Cugnano*»; di mano del XVI secolo: «*Copiata*»; di mano del XIX secolo: «*San Lorenzo alla Rivolta 10 giugno 1185*».

Regesto:

Vekio e Uberto figli di Bambolo da Cugnano danno in elemosina allo spedale di Stagno tre pezzi di terra posti a Cugnano e venti soldi di denari pisani.

Fatto a Massa.

Rogò W. Notaio apostolico.

Originale:

(S) In nomine domini dei eterni et salvatoris, domini nostri Iesu Christi amen. Anno eiusdem incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quinto, quarto Idus iunii, secunde indictionis, in presentia bonorum¹ hominum quorum nomina supter leguntur.

Ex huius publici strumenti serie hevidenter clareat quod sanctum et iustum est et sanctorum patrum atque legum precepta pro redemptione et absolutione vinculi peccatorum dignas oblationes deo dare et helemosinas pauperibus largire.

Quam ob rem nos videlicet Vekyus et Obertus, insimul videlicet, fratribus, filiis quondam Banboli de Cognano, confesi sumus et manifesti quia per hanc edicti paginam, pro redemptione anime patris et matris et fratris nostri et pro absolutione vinculi peccatorum nostrorum ac remedium animarum parentum nostrorum, supscripte petie tres de terra nostra damus et tradimus atque concedimus per helemosinam ospitali deo et sancti Leonardi de Stagno Pisano.

Ex quarum petiarum terre prima ita permanet: latus et caput eius tenet duas vias publicas et alio caput cum latus eius tenet in terra Roberti quondam Pagani; hec autem iamscripta terra est in loco atque confine quod dicitur Cugnano, quam vero terram antea fuit vineam et postea pergola.

Insuper hec, damus et concedimus eidem pretitulati ospitali altera siquidem petia de terra que ita residet: latus uno tenet in terra sancti Cassiani et caput uno tenet in terra filiorum Pagani ubi est fons et alio latus tenet in terra sancti Apostoli et alio caput tenet similiter in terra filiorum iamscripti Pagani.

Iterum donamus et tradimus a prenominato ospitale altera petia de terra que vero eius notitie sunt ita: caput uno tenet in terra sancti Cassiano, et ab omnibus aliis eius partibus coheret ea terra filiorum iamscripti Pagani.

Prescriptas autem petias tres de terris que prediximus et qualiter divide sunt per se unaquaque, nos vero qui iamscripti sumus Vekyus et Obertus insimul fratribus, pro animabus parentum nostrorum et pro absolutionem vinculorum delictorum nostrorum, pro elemosinam et oblationem, damus et tradimus ospitali pretaxato, excepto tantum quod volumus ut persolvatur fratribus eidem ospitali solidos denariorum Pisanorum decem et octo pro nobis ad Arturio et a fratre suo Grillo filiis quondam Guidonis Ticsi quibus nobis prefatos solidos decem et octo acomodaverunt. Sed prefatis solidis persolutis, deinde in antea habeant liberam potestatem et licentiam fratribus iamdicti ospitalis prenomintas terras integre agende et retinende et illas pignorare et vendere atque donare sine contradictione nostra nec nullius persone. Et tota ius et actionem que nos in illas usque hodie habebimus aut competere potuissimus utiles et directas, habeant ipsi hab hodie in antea, tali siquidem modo quod nec nos, nec nostris heredibus, nec nulla aliqua persona pro nobis a modo in antea non habeamus potestatem nec licentia requirere nec molestare.

¹ bonorum *ripetuto*,

Quas iamdictas petias terris que prenominate sunt, nos vero qui iamscripti sumus fratribus Vechius et Obertus premittimus deo et ospitali prefato nos esse actores et defensores contra omnes personas per interpositam stipulationem.

Et in tali ordine quod prelegitur nos vero Vekius et Obertus scribere rogavimus W. notarium.

Actum Masse secus domum filiorum Ansoaldi.

Ego Gerardus Guarasscus testis.

Ego Petrus Scamonee testis.

Ego Stefanus quondam Ubertelli testis.

Ego Ugone Rosso de Guassolongo.

Ego Petrus de Pagano testis.

Ego Bonatius de Sancto Cassiano testis, rogatorum testium.

Ego Gi Catiaguerra sancti Petri, aumculo, testis.

(S) Ego W. notarius apostolice sedis, his prefatis interfui, ab eisdemque Vekyo et Oberto rogatus scribere, post traditam complevi et dedi.

5 dicembre 1184

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.129. Diplomatico generale n.773.
1185 dicembre 5. CORTA.

Edizioni:

F.BONAINI, *Statuti inediti della Città di Pisa*, vol.I, Firenze 1854, pp. 324-5.

Note:

Pergamena deteriorata in corrispondenza della piegatura centrale. Inchiostro unico.

Per la datazione si deve prendere come termine *post quem* l'anno 1185 in cui fu eletto papa Urbano III e come termine ante quem l'anno 1186, poiché in una bolla del 5 dicembre 1186 o 1187 papa Urbano III riconferma le decisioni da lui prese a proposito della controversia tra la casa di Stagno e il convento di san Paolo con una precedente bolla. Questa presente bolla è l'unica che esista a tal riguardo.

Sul verso tracce illegibili di scritte del secolo XIII; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alle Rivolte 5 dicembre 1185*».

Regesto:

Era insorta una questione tra i frati della casa elemosinaria di Stagno e l'abate del monastero di san Paolo a causa di un oratorio fabbricato in Pisa dai detti frati. L'abate sosteneva che l'oratorio fosse stato eretto nella parrocchia di detto monastero in pregiudizio della sua giurisdizione e dei privilegi accordati al monastero suddetto dalla Santa Sede, a cui aveva affidato la risoluzione della causa; la parte avversa sosteneva che tutto era stato fatto con licenza del pontefice Urbano III. Per terminare questa pendenza, il papa con una bolla data in Verona delibera, secondo quanto aveva già stabilito Lucio III, che l'oratorio sia dei detti frati nel quale eleggano un cappellano che dovrà celebrare i divini uffizi senza uso della campana e prima di ricevere la cura e l'amministrazione sia presentato all'arcivescovo di Pisa, dal quale gli sarà ordinato di non ammettere ai divini uffizi i parrocchiani delle altre chiese e particolarmente di quella di san Paolo.

Data a Verona.

Originale:

Urbanus episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis magistro et fratribus elemosinarie domus de Stagno salutem et apostolicam benedictionem.

Cum venisset ad sedem apostolicam nuncius vester et nuncius dilecti filii abbatis sancti Pauli, pro controversia que vertebatur intra vos et ipsum abbatem super quodam oratorio a vobis in civitate Pisana constructo, et nuncius ipsius abbatis proponeret oratorium ipsum in parrochia ipsius monasterii in sui iuris preiudicium, contra tenorem privilegiorum que a sede apostolica eidem monasterio sunt indulta, erectum, et cause commissionem cum instantia postularet, et nuncius vester assereret vos de licentia sedis apostolice idem oratorium construxisse et litteras peteret confirmationis, nos, post has et alias eorum disceptationes, duximus statuendum ut vos oratorium ipsum, iuxta quod felicis recordationis Lucius papa predecessor noster statuisset dinoscitur, habeatis, in quo perpetuo cappellanum, qui vobis et familie vestre sine usu campane divina debeat celebrare, eligendi vobis libera sit facultas; sic tamen quod ante quam curam vel administrationem recipiat, venerabili fratri nostro Pisano archiepiscopo presentetur, a quo recipiet in virtute obedientie in mandatis, quod aliarum ecclesiarum, maxime ecclesie sancti Pauli, parrochianos ad divina officia non admittat.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Verone, Nonis decembris.

16 dicembre 1185 – 29 luglio 1190

Archivio di Stato di Pisa. Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.133. Diplomatico generale n.790.
1186 dicembre 16, Indizione 4. CORTA.

Note:

Pergamena rigata, in buone condizioni, a parte una strappatura sul margine destro in alto, riparata. Inchiostro marrone, più chiaro a partire dal 38° rigo.

Sul verso di mano del XIII secolo: «*Montevituli*»; di mano del secolo XVIII: «*S. Lorenzo alla Rivolta 16 Dicembre 1186*».

Regesto:

Roberto giurisperito del fu Bernotto, Lamberto del fu Ranieri di Pandolfo e Peccio del fu Pietro, cognitori, giudici e provveditori dei guariganghi, del debito e credito e di tutte le altre cause del comune di Pisa, danno a Bandino Giumenta 12 staiori di terra posta sotto Montevituli, in luogo detto Erbecotiche. Per questa concessione Bandino libera il comune da un debito di 3 lire e 3 soldi dovuti al detto giudice Lamberto.

Il 29 luglio 1190 Ruggeri, nunzio di Tedicio podestà di Pisa, mette Bandino in possesso della terra assegnatagli.

Originale:

(S) In eterni dei nomine amen. Nos Rubertus iurisperitus filius Bernotti et Lanbertus quondam Rainerii Pandulfi atque Peccius quondam Petri, cognitores, iudices ac previsoires guarigangorum et debiti et crediti comunis et aliarum causarum vel quæstionum seu comunis deceptionum et etiam omnium causarum a consulibus in nobis positarum, in balatorio ecclesie sancti Martini commorantes, damus et tradimus, concedimus atque firmamus in solutum pro comuni tibi, Bandino Iumenta, statoria duodecim de [gua]rigango posito subter Montevituli in loco ubi dicitur Erbecotike, que tenet unum caput in terra tua suprascripti Bandini tuorumque consortium et aliud caput in terra filiorum quondam Gualandi et in terra sancti Nicolai de Podio, latus vero unum in guarigango tuo predicti Bandini et aliud latus in terra suprascriptorum filiorum quondam Gualandi quam detinet presbiter de Podio.

Pro qua datione, traditione, concessione atque firmatione confitemur te liberasse comune de libris tribus et soldis tribus et denariis decem de debito modi et in denariis iamdicto Lanberto quondam Rainerii Pandulfi pro suo feodo preteriti anni consulatus Eldithi Vicecomitis et Vitalis Gatteblancę et sociorum, parabola et mandato eiusdem Vitalis, solvisse solidos quadraginta quinque.

Et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis pro comuni ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque successores pro comuni componere vobis, sollempni stipulatione interposita, suprascriptam nostram dationem et traditionem et concessionem atque firmationem in duplum in ferquido loco sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et sic precipimus tibi in possessionem corporaliter intrare et tuo nomine possidere et possessionem quam inde habes tibi firmamus.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Albertum iudicem ordinarium et notarium domini Frederici Romanorum imperatoris.

Actum Pisis, in balatorio suprascripto, in presentia et testimonio Bonaccursi Pappataculę quondam Alcherii et Guidonis quondam Benegrande, rogatorum testium, dominice vero incarnationis anno millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, septimodecimo Kalendas ianuarii.

(S) Ego Albertus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius et notarius, suprascriptorum cognitorum cancellarius atque scribe, hanc cartam scripsi et post traditam complevi et dedi.

Postea vero, dominice incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo primo, indictione octava, quarto Kalendarum augusti, Rugerius, nuntius domini Tedicii Pisane potestatis, mandato et

parabola a Ribaldo quondam Cocchi, iustitie Pisane civitatis rectore, data et facto sibi ab eo, prout dixit michi Manfredo notario coram infrascriptis testibus, misit corporaliter in tenere et possessionem suprascriptum Bandinum Iumentam in suprascriptis duodecim starioris terre de guarigango supra designatis, secundum formam suprascripte carte et secundum ordinem constituti, ut habeat et quiete possideat.

Hec missio facta fuit coram me, suprascripto tabellione et presentibus Guidone quondam Albertini et Guidone quondam Preitelli et Bonemsegna quondam Iohannis, testibus ad hanc missionem rogatis.

(S) Ego Manfredus, notarius domini Frederici Romanorum imperatoris, huic pissoni possessionis et teneris interfui et, rogatus a prefato Rugerio hanc missionem scribere, scripsi et meo signo firmavi.

19 febbraio 1186

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.132. Diplomatico generale n.777.
1186 febbraio 19, Indizione 4. CORTA.

Note:

La pergamena presenta due strappi sul margine sinistro e alcune macchie scure. Inchiostro unico. Sul verso di mano del secolo XIII: «*Pro bestiis pascendis*». Di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alla Rivolta 19 febbraio 1186*».

Regesto:

Ildebrandino figlio del conte Ildebrandino conferma all'ospedale di Stagno la concessione fatta dal padre, per cui le bestie dell'ospedale possono pascolare nei pascoli suoi e del padre senza pagamento.

Fatto in Kinzica nella casa della chiesa del Santo Sepolcro.

Rogò Adam, notaio imperiale.

Originale:

(S) In eterni dei nomine amen. Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod dominus Ildebrandinus filius domini comitis Ildebrandini, pro honore dei et remedio anime sue et parentum suorum, promisit et convenit Ricciardo, camerario hospitalis sancti Leonardi de Stagno, recipienti pro ipso hospitali, quod totum quod pater suus, predictus comes, dedit et concessit atque donavit ipsi hospitali de bestiis suprascripti hospitalis pascendis et manendis in sua terra et patris sui, ratum et firmum habebit et tenebit.

Item dedit et concessit predicto camerario, pro predicto hospitali recipienti, quod de cetero bestie ipsius hospitalis maneant et stent in terra et pascuis terre sue et patris sui sine aliquo redditu et aliqua datione predicti hospitalis et promisit per stipulationem ipsi camerario dicti hospitalis pro ipso hospitali quod nec ipse nec aliqua persona pro eo non exiget neque petet nec petere faciet ullum redditum nec aliquam dationem pro pascuo vel pro erbatico bestiarum suprascripti hospitalis et quod ab omni persona ipsas bestias dicti hospitalis defendet in terra sua et patris sui et homines defendentes et custodientes ipsas bestias et totam dationem et concessionem et donationem et promissionem quam predictus pater suus fecit suprascripto hospitali, prout continetur in cartula facta per manum Bonensegne iudicis et notarii, rata et firmam habebit et tenebit ad penam trecentarum marcarum optimi argenti, que pena continetur in eadem cartula facta per manum suprascripti Bonensegne iudicis et notarii.

Et predicta omnia dictus Ildebrandus dedit et cessit et promisit suprascripto Ricciardo camerario suprascripti hospitalis pro ipso hospitali semper ratum et firmum habere et tenere et contra non venire, obligando se suosque heredes ipsi camerario et eius subcessori pro ipso hospitali ad predictam penam.

Et taliter omnia suprascripta me Adam iudicem et notarium domini inperatoris scribere rogavit.

Actum in Kintica in domo ecclesie sancti Sepulcri prope ipsam ecclesiam, presentibus Bonaccorso de sancto Cassiano converso suprascripti hospitalis et Fridiano similiter converso eiusdem hospitalis et Tedicio filio comitis Ugolini et Lanfranco filio suprascripti Bonaccursi et Opithino quondam Graticcii et Tancredo de Montepescario quondam Martinossi et Bernardino de Sufficille quondam Ildebrandini, testibus rogatis, anno domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, undecimo Kalendas martii.

(S) Ego Adam, iudex ordinarius domini inperatoris Frederigi et notarius, predictis omnibus interfui et rogatu suprascripti comitis Ildebrandini filii comitis Ildebrandini predicta omnia scripsi et firmavi.

21 settembre 1187

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.139. Diplomatico generale n.823.
1188 settembre 21, Indizione 5. CORTA.

Regesto:

Ugolino da Valignano del fu Giovanni dona per ragioni di nozze a Piglio del fu Tecchito, che riceve per Sorentina sua sorella e moglie del detto Ugolino, la metà di tutti i suoi beni e confessa di aver ricevuto per dote soldi 20 e 15 libbrate di guarnimenti.

Fatto in Pisa.

Rogo Adam notaio.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimi centesimo octuagesimo octavo, indictione quinta, undecimo Kalendas octubris.

Manifestus sum ego Ugolinus de Valignano quondam Iohannis quia per hanc cartulam propter nuptias et nomine antefacti dono et trado tibi Pilio quondam Tecchiti, recipienti et agenti pro Sorentina sorore sua, uxore quidem meam, medietatem integram omnium bonorum quam modo habeo vel in antea habeo.

Predictam itaque medietatem omnium bonorum que modo habeo vel in antea habeo cum omni iure et proprietate et actione ac pertinentia eorum tibi dicto Pilio pro iascripta sorore tua recipienti ut dictum est dono et cedo.

Insuper do cedo et concedo tibi pro ea atque mando omnia iura omnesque actiones utiles et directas michi inde aliquo modo competentia, quatinus nomine eius agere et experiri valeas contra omnem personam et locum.

Pro qua mea propter nuptias donatione et traditione confiteor me accepisse et habere a te iascripto Pilio pro ea nomine sue dotis soldos viginti denariorum et libratas quindecim guarnimentorum.

Quam itaque meam propter nuptias donationem et traditionem, si ego iascriptus Ugolinus vel meus heres sive cui eam nos dedissemus aut dederimus retollere vel subtrahere aut inbrigare sive molestare quesierimus quolibet ingenio tibi iascripto Pilio pro ea vel ipsi vel suis heredibus sive cui eam ipsi dederint vel habere decreverint, et si nos exinde actores vel defensores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo ego iascriptus Ugolinus una cum meis heredibus et promitto tibi Pilio, stipulatione a te pro iascripta Sorentina in tua persona conceptam et stipulatam, componere tibi et ei eiusque heredibus iascriptam meam donationem et traditionem in duplum in consimili loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavi Adam iudicem et notarium donni imperatoris.

Actum Pisis in Kinthica in domo iascripti Ade, presentibus Guidone Aldigrane et Bonacurso filio Alberti et Bartholomeo quondam Ansaldi et Guidone erovario, testibus ad hec rogatis.

(S) Ego Opitho de Nodica, domini imperatoris Frederici notarius, hanc cartulam a suprascripto Adam iudice et notario rogatam, per ipsius scedam a me visam, suo mandato, scripsi et firmavi.

(S) Ego Adam, iudex ordinarius domini inperatoris Frederigi et notarius, hanc cartulam a me rogatam et a suprascripto Opithone notario meo mandato scriptam, subscribendo confirmo.

15 gennaio 1188

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.135. Diplomatico generale n.810.
1188 gennaio 15, Indizione 6. LUNGA.

Edizioni:

A.D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del Rinascimento giuridico*, Pisa 1960, pp.69-72 n.25.

A.D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del Rinascimento giuridico*, 2^a ediz., Milano 1962, pp.266-269 n.25.

Note:

Pergamena in buone condizioni, con un piccolo strappo in basso a sinistra. Inchiostro unico.

Sul verso di mano coeva: «*Venditiones facte a filiis quondam Ugolini Maleparute*»; «*Hec est cartula divisionis Bonaccursi et fratres in Plano Porto et in Montemaximo*»; «*..... Bonaccursi et Maleparute et Gualterotti quondam Ugolini Maleparute 1185*»; «*podere de parte de Montemaximo*»; di mano del secolo XIII: «*..... prima parte facta Bonacurso Malaparuta et Gualterotto Malaparuta parti de Montemaximo*»; di mano del secolo XVII: «*Contracto di divisione facta fra Buonaccorso di Guido Malaparuta di diversi beni immobili esistenti in confini di Oliveto, Montemaximo e altri luoghi rogato da Gherardo sette di XVIII di febbraio 1188*»; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alla Rivolta 15 gennaio 1188*».

Regesto:

Sentenza dei pubblici arbitri e giudici con la quale viene fatta la divisione dei beni del defunto Ugo Malaparuta tra Bonaccorso, Malaparuta e Gualterotto figli del suddetto Ugo.

Data in Pisa nella chiesa di sant'Ambrogio.

Rogò Gerardo notaio imperiale.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Nos Gerardus nepos Magistri et Bonagens, publici Pisanorum arbitri et iudices, reclamationem factam a Bonacurso quondam Ugonis Malaparute contra Rosselminum quondam item Rosselmini de Cascina et Rainerium de Portu et dominam Agnetem, tutores testamentarios Maleparute et Gualterotti germanorum quondam iamscripti Ugonis, tutorio nomine pro eis, sic diffinimus.

Siquidem iamscriptus Bonacursus agebat contra iamscriptos tutores Malaparute et Gualterotti pro eis pro tertia parte sua et duabus partium iamscriptorum pupillorum de podere eorum quod est in Plano Portus et in Montemaximo de Subtus comuni dividendo et officio arbitrorum, Rosselminus et domina Agnes, tutores iamscriptorum Malaparute, et Gualterotti germanorum pro eis responderunt se velle dividere.

Ideo nos arbitri et iudices de iamscripto podere in duabus partibus ponimus Tegrimum della Seta et Bandinum de Carbonaria et Crescentem de Cugnolo et Banducium de Vallineto et Albertinum de Petrichiano et Gerardum Bertellotti de Piathano et Ugonem de Collinaia et Tedisscum de Leccio et Milinum de Leccio et Cacionem de Mundilio et Arturium de Masciaula et Grillum de Volpaio et Patumem de Oliveto et Ricium de Carbonaria et Vivianum de Carbonaria et Saccum de Pichiaia et Manfredum de Vallineto et Bonricoverum de Carbonaria et Serectum de Piathano et Lanfrancum de Liccio et Petrum Corsum de Cannaiola et Arlottum de Collinaia et Petrum de Piathano et Ranucium Ghiandoli, quos omnes homines cum omnibus terris quas tenent a iamscriptis filiis quondam iamscripti Ugonis Malaparute et tenuerunt a patre eorum.

Item in Montemaximo ponimus in duabus partibus Gerardum Rainaldi et Iohannem Malagalie et Burgundium et Brunellum de Agnano et Baldicionem cum omnibus terris quas a iamscriptis germanis tenent et terram de Gualalda et omnes terras quas tenuit ab eis Ugolinus in Germugnano et ad Segalare et Ubertellum de Valignano cum omnibus terris quas ab eis tenet et medietatem canpi

de Sala et Sessani quem Damianus tenuit ab eis et medietatem terre de Livastrella que fuit iascripti Ugonis et totum tenere de Durante quod ab eis habebat et medietatem terre de Valpalaia quam tenuerunt filii Gualandini et medietatem canpi de Vallelonga quam tenuit Damianus ab eis et medietatem terre de Murlo quam tenuit Valentinus et terram orti de subtus castello et terram de fico de Valentini et terram de castello Vignale et Ortum de Oscione et ortum Ugolini in Corbulone et canpum Montinis qui est in Albatreta iuxta Leulum que terre fuerunt iascripti Ugonis et duas partes de dunicaliis de Sesano et de Segalare et de Pulmignano et feudum Corbollicii quod tenuit a iascripto Ugone et Guidum de Preitello cum terris quas ab eodem Ugone tenuit et tenere Martini Malospiritu quod ab eodem Ugone tenebat et Ranucinum de Scotta et Ferosam Bocii cum omnibus terris quas ab Ugone tenuerunt et illud de canpo de Renaio quod iascripti Ugonis fuit et illud de Canpo Fico quod tenuit Gualandinus a iascripto Ugone, et item filios Belle et Amatum cum omnibus terris quas ab Ugone tenuerunt et canpum Montonis de Colle Mancusii qui fuit Ugonis et canpum de subtus sancte Marie quem tenuit Damianus per Ugonem et vineam quam tenuit Ugolinus de Aquaviva pro Ugone et vineam quam Damianus ab eo et Petrum cum terris quas ab Ugone tenuit et Vallem de Loreta et Segalare quam tenuit Valentinus ab eo et medium Murlum et canpum de Cepeta cum illo quod est iuxta viam que fuerunt Ugonis iascripti et vineam Montonis de Albatreta que fuit Ugonis et ortum Corbulonis Montonis qui fuit iascripti Ugonis.

Item in tertia parte ponimus Contem de Oliveto et Montaninum de Oliveto et Ranucinum de Carbonaria et Corsum de Pichiaia et Guidum de Petrichiaia et Adamum de Carbonaria et Grillum de Masciala et Sismundum de Collinaia et Andream de Leccio et Ugolinum de Mundilio quos omnes homines cum omnibus terris quas tenent a filiis quondam iascripti Ugonis Maleparute in tertia parte ponimus et tertiam partem vinee de Morecto ab oriente et tertiam partem terre de Cafagio que fuerunt iascripti Ugonis.

Item in Montemaximo ponimus in tertia parte Bernardinum Rainaldi et Bandinum de Malagalia et Matheum quondam Valentini cum terris quas tenuerunt a iascripto Ugone et tenere quod fuit Montanini quondam Guerronis quod ab Ugone tenuit et Tiniosum fabrum et Gualandum de Valignano cum terris quas ab Ugone tenuerunt et canpum de Magnataria de Gualandino et medietatem canpi de Sala et de Sesano de Damiano et medietatem canpi de Damiano de Sesano et medietatem canpi de Livastrella et medietatem canpi de Valpalaia de Gualandino et medietatem canpi de Valle Lunga de Damiano et medietatem terre Mursi et canpum de Valentino iuxta sanctum Leonardum et canpum de Petrino quem tenuit Gualandinus et ortum quem Damianus tenuit a iascripto Ugone et duas petias de terra de Albatreta iuxta terram Stephani que petia tenuit Montonis a iascripto Ugone et tertiam partem de donicaliis de Sesano et de Segalare et de Pulmignano que fuerunt terre omnes iascripti Ugonis Maleparute.

Partibus ita factis et concordatis iascriptus Bonacursus dedit electionem infrascriptis Roselmino et domine Agneti tutoribus iascriptorum Maleparute et Gualterotti germanorum pro eis tutorio nomine et sic ipsi tutores pro eis elegerunt iascriptas duas partes.

Unde nos iascripti arbitri et iudices iascriptas duas partes designatas, Roselmino et domine Agneti tutoribus, iascriptorum Maleparute et Gualterotti germanorum pro eis et ipsis Maleparute et Gualterotto pupilli eorum et tertiam partem supradesignatam Bonacurso nominato adiudicamus et nostra autoritate confirmamus.

Data et recitata Pisis in ecclesia sancti Ambrosii, presentibus Ildebrando Martii et Bonacurso iurisperito de Septimo et Uguicione iudice de Casainvilia et Pontisi nuntio nostro, anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo octavo, octavodecimo Kalendas februarii, indictione sexta.

(S) Ego Gerardus, domni imperatoris Frederici iudex ordinarius eiusdemque notarius et nunc publicus Pisanorum arbiter et iudex, iascriptam sententiam divisionis a me et iascripto Bonagente arbitro et iudice datam scripsi et subscribendo confirmo.

16 gennaio 1188

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.136. Diplomatico generale n.811.
1188 gennaio 16, Indizione 6. CORTA.

Edizioni:

F.BONAINI, *Statuti inediti della città di Pisa*, vol.I, Firenze 1854, p. 326.

Note:

Ci sono dei fori in corrispondenza delle piegature e una strappatura verticale sul margine superiore. Quattro fori in basso sono il segno che originariamente vi era applicato un sigillo pendente.

Sul verso di mano del XIII secolo: «..... Stagno»; di mano del XIX secolo: «S. Lorenzo alla Rivolta 16 gennaio 1188».

Regesto:

Papa Clemente III esorta tutti i fedeli del regno di Sicilia, della Toscana e di Genova a voler concorrere con sussidi alla costruzione di un ponte vicino al porto di Pisa, iniziata dai frati dello spedale di Stagno, concedendo trenta giorni di indulgenza a chi farà tale offerta.

Data a Pisa.

Originale:

Clemens episcopus, servus servorum dei, universis Christi fidelibus per regnum illustris regis Sicilie, per Tusciam et Ianuam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout gessimus in corpore sive bonum sive malum, oportet nos diem missionis extreme misericordie operibus prevenire et eternorum intuitu seminare in terris quod, reddente domino, cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictionibus et metet vitam eternam.

Unde, quia dilecti filii nostri fratres hospitalis de Stagno iuxta Portum Pisanum pontem quendam construere inceperunt, in quo universorum transeuntium per locum ipsum saluti consulitur, quem de propriis facultatibus facere nequaquam possunt, nos attendentes salubre vobis existere tam pio operi conferre subsidium, universitatem vestram monemus et exhortamur in domino atque in remissionem vobis peccatorum iniungimus quatinus, cum propter hoc fueritis requisiti, eisdem fratribus ad perficiendum opus ipsum vestras elemosinas conferatis ita quod, dirigente domino, per vestrum et aliorum fidelium Christi subsidium valeat consumari et vos per hec et alia bona que, domino inspirante, feceritis, ad eterne felicitatis gaudia meremini pervenire.

Nos vero de beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus qui prefato operi de facultatibus suis subsidium contulerint oportunum, de iniuncta sibi penitentia peccatorum suorum triginta dies auctoritate apostolica relaxamus.

Data Pisis, XVII Kalendas februarii, indictione sexta.

23 luglio 1188

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.142. Diplomatico generale n.829. 1189 luglio 23, Indizione 6. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni; inchiostro unico.

Sul verso di mano del sec. XIII: «*Colina in Cugnano 1189*»; di altra mano forse dello stesso secolo: «*donatio..... de Stagno facta a Sardo et Paragone quondam Barilis Ebriaci A. 1189*»; di mano del sec. XVIII: «*23 luglio 1189, S. Lorenzo alla Rivolta*».

Regesto:

I fratelli Sardo e Paragone, figli del fu Barile Ebriaco, e Ugolino, figlio del fu Paolo di Ebriaco, per rimedio delle anime loro e dei loro genitori, donano allo spedale di Stagno quanto loro potrebbe competere in tre pezzi di terra posti nel castello di Cugnano delle Colline, lasciati dai fratelli Vecchio e Uberto, figli del fu Bambulo, a Bonaccorso di San Casciano, frate, e a Rolando signore dello stesso spedale.

Fatto in Pisa in Pisa nel portico della casa dei fratelli donatori.

Rogò Ugo del fu Bernardo di Marignano.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex huius publici instrumenti litteris scire volentibus presentibus et futuris huius rei veritas in posterum conservanda, aperte sit clara et manifesta quod Sardus et Parazon, fratres, quondam Barilis Ebriaci et Ugolinus quondam Pauli Ebriaci, dicens se maiorem annorum decemocto et habere annos viginti et plus, remedio animarum eorum et parentum eorum, donaverunt et tradiderunt inrevocabiliter et inter vivos, si quid iuris et proprietatis eis pertinet aut pertinere videtur, in tribus petiis terrarum positarum in confinibus castri Cugnani de Collinis, iudicatis et relictis hospitali de Stagno a Vechio et Uberto fratribus filiis quondam Bambuli, Bonaccorso de Sancto Cassiano, fratri ipsius hospitalis de Stagno, recipienti pro hospitale de Stagno, et domino Rolando ipsius hospitalis totum quod eis pertinet aut pertinere videtur quoquo modo vel iure, tam de proprietate quam etiam et iure, in tribus terrarum petiis positis in supradicto loco.

Primum petium tenet caput cum latere in viis publicis, aliud autem caput cum alio latere tenet in terra filiorum quondam Ruberti Petri Pagani.

Item aliud petium tenet caput in terra nostra et nostrorum consortium ubi est fons cum alio capite, latus unum tenet in terra sancti Cassiani, aliud latus in terra sancti Apostoli.

Item aliud petium ibidem, caput in terra sancti Cassiani, aliud vero caput cum ambobus lateribus in terra nostra nostrorumque consortium.

De quibus supradictis terrarum petiis prememorati Sardus et Parazon atque Ugolinus omne ius omnemque actionem, tam directam quam et utilem sive mixtam, in rem vel in personam competentem, ipsi eidem Bonaccorso, pro domino eiusdem hospitalis et ipso hospitali recipienti, cesserunt et mandaverunt atque dederunt. Et insuper eundem, pro ipso hospitale et domino eiusdem hospitalis, in rem suam procuratorem constituerunt, ut ipse, pro ipso hospitale et domino eiusdem hospitalis, contra omnem personam locumve de predictis possidentem, tam de proprietate quam etiam et iure suo directo nomine et pro eo alius possit agere et experiri. Addiderunt etiam quod de omni iure et proprietate quam vel quod in predictis tribus terrarum petiis habent vel habere debent ad penam librarum centum Pisanorum bonorum denariorum veteris monete ipsi Bonaccorso sollempniter promissam ab eis finem et refutationem predicto Bonaccorso, fratri eiusdem hospitalis, recipienti pro ipso hospitale et domino eiusdem hospitalis, fecerunt, et se ammodo per se vel per aliam personam, de predictis terrarum petiis ipsum hospitalem vel aliquem pro ipso hospitale, sub eandem penam ipsi Bonaccorso promissam et sollempniter non inbrigaturos promiserunt ipsi

Bonaccurso se de eorum iure quod ibi habent vel habere debent et proprietate ipsi Bonaccurso ad eandem penam sibi promissam, de eorum facto auctores et defensores esse promiserunt. Et preceperunt eidem Bonaccurso et Gratiano, sindaco eiusdem hospitalis, pro ipso hospitale, ut possessionem predictarum terrarum quam volunt intrent et recipiant et donec eam adprehenderint precario ab eis rogaverunt.

Actum Pisis in curia predictorum filiorum in porticu domus coram testibus ad hoc convocatis Ebriaco quondam Ruberti, Gottifredo quondam Petri comitis de Portu et Grunio archipresbiteri et ipso Gratiano sindaco et aliis quam¹ pluribus, et me Ugone Marignani, iudice et notario, qui predictorum rogatu predicta scripsi, ab anno vero dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo nono, indictione sexta, decimo Kalendarum augusti.

(S) Ego Ugo, Romanorum serenissimi imperatoris Frederici iudex notarius et Bernardi Marignani quondam filius, predictis omnibus interfui, scripsi, firmavi, complevi.

¹ quam *ripetuto*.

22 marzo 1189

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.141. Diplomatico generale n.827.
1189 marzo 22, Indizione 7. CORTA.

Note:

La pergamena presenta alcuni piccoli fori nella parte iniziale. Inchiostro unico.

Sul verso di mano coeva: «*Cartula hospitalis sancti Leonardi de Stagno, de commutatione quam fecit cum Lanfranco quondam Gerarduccii de terra quam domina Tornacasa iudicavit dicto hospitali*»; di altra mano forse coeva: «*..... in sancto Cassiano data pro cambio a Lanfranco quondam Gerarduccii 1189*»; di mano del XIII secolo: «*In san Casciano terra petii II qui sunt statoria. III et panora V*»; di altra mano forse dello stesso secolo: «*Sancto Cassiano n. »*; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alle Rivolte 22 marzo 1189*».

Regesto:

Lanfranco del fu Gerarduccio da Sancasciano fa una permuta di beni con Rolando, spedalingo dello spedale di san Leonardo di Stagno: cede due pezzi di terra lavorativa posti nel territorio della pieve di san Casciano nel luogo detto Canneto e riceve in cambio un pezzo di terra posto nel paese di Sancasciano, con una capanna di paglia, con una vigna, alberi da frutto e altri alberi. Lo spedalingo Rolando agisce con il consenso dei frati che vivono nello spedale: il camarlingo Pietro, Guerriscio, Pietro Lombardo e Bondolo.

Fatto a Pisa a Ripa d'Arno, nella casa dello spedale di Stagno.

Rogò Ughiccio.

Originale:

In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo octuagesimo nono, indictione septima, undecimo Kalendas aprelis.

Manifestus sum ego Lanfrancus quondam Gerarduccii de Sancto Cassiano, quia per hanc cartulam do et trado in commutationem tibi domino Rolando hospitalerio hospitalis beati sancti Leonardi de Stagno, recipienti ad opus iamscripti hospithii, duas petias de terra laboratoria positas in confinibus Corpore plebis sancti Cassiani, in loco ubi dicitur Canneto.

Videlicet una quarum tenet unum caput ab occidente in via publica, aliud caput in terra Ugolini quondam Gerarduccii, unum latus tenet in terra Lamberti quondam Uguicionis de Laiano, et aliud latus a meridie in terra *****; et est per mensuram statoria tria minus medium panorum.

Secunda petia ibi prope ubi dicitur Canneto, que tenet unum caput ab aquilone in via publica, aliud caput in terra *****; unum latus ab occidente tenet in terra Ugolini quondam Gerarduccii et aliud latus ab oriente in terra mea, que michi reservo, qui super Lanfranco; et est per mensuram panora sex.

Predictas duas petias de terra, qualiter ab omni parte circumdate et mensurate sunt, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione et pertinentia sua tibi domino Rolando, pro iamscripto hospitario, in commutationem do et trado. Insuper omnia iura et actiones que michi inde competunt, tibi ut dictum est do cedo et concedo et mando ut his tuo nomine agas et experiaris.

Pro qua item in commutationem recepit a te domino Rolando pro iamscripto hospitio, consensu confratrum tuorum in predicto hospitale deo et sancto Leonardo deservientium, scilicet Petri camerarii et Guerrisci et item Petri Lombardi et etiam Bondoli, unam petiam de terra cum capanna palicia et vinea et fructibus et arboribus supra se, posita in iamscriptis confinibus, intus in villa plebis sancti Cassiani, ubi dicitur Carraria, quas domina Tornacasa relicta Dassi pro anima sua iudicavit iamscripto hospitali; et ipsa petia tenet unum caput a parte septentrionis, cum uno latere versus orientem in viis publicis, aliud caput in terra filiorum et nepotum quondam Ildebrandi de Bono, et aliud latus in terra et sedio meo, qui super Lanfranco; et est per mensuram panora sedecim vel quantacumque est, sicut in sceda scripta per manum Uguicionis notarii de Casciaula continetur.

Quami meam commutationem et traditionem, si ego predictus Lanfrancus vel mei heredes, sive cui nos eam dedissemus aut dederimus, retollere vel minuere, aut impedire vel imbrigare seu molestare vel subtrahere quesierimus, per aliquod ingenium, tibi domino Rolando vel tuis successoribus, aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondeo me meosque heredes per solempnem stipulationem tibi domino Rolando pro predicto hospitario eiusque rectoribus, componere iamscriptam meam commutationem et traditionem in duplum, in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavi Uguicionem notarium domini Frederici imperatoris. Et confiteor me iam esse in possessionem iamscripto Petro camerario ipsius hospitarii, pro ipso hospitio, iamscriptarum duarum petiarum terrarum, iure proprio.

Actum Pisis, in Ripa Arni, in domo predicti hospitalis de Stagno.

Signa manus iamscripti Lanfranci, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signa manus Bandini quondam Rosselmini de Bibiano et Uguicionis quondam Gualandi de Sancta Maria a Trebbio de Silvalonga, testium.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, post traditam complevi et dedi.

8 giugno 1189

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.144. Diplomatico generale n.842.
1190 giugno 8, Indizione 7. CORTA.

Note:

La pergamena presenta qualche rosura e qualche muffa. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Cartula Bernardi*»; di mano del secolo XV: «*Montemassimo anno 1190*»; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alle Rivolte 8 giugno 1190*».

Regesto:

Ubaldo figlio del fu Marco, Marco figlio del detto Ubaldo e Cittadina moglie dello stesso Ubaldo vendono a Bernardo, figlio del fu Omodio, la terza parte di un pezzo di terra posto nel territorio di Montemassimo, in luogo detto Morteto, al prezzo di 7 lire, 2 soldi e 10 denari.

Fatto in Montemassimo.

Rogò Ugo notaio dell'imperatore.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo, sexto Idus iunii, indictione septima.

Manifesti sumus nos Ubaldis filius quondam Marchi et Marcus eius filius et Citadina iugalis iamscripti Ubaldis et filia quondam *****, quia communiter et consentiente michi iamscripto Marco iamdicto genitore meo, et michi iamdictae Citadine iamscripto viro meo, sub notitia Ugonis iudicis ordinarii a quo secundum legem interrogata et cognita sum nullam pati violentiam set pura et integra mea bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Bernardo filio quondam Homodei tertiam partem integram unius petie terre posite in confinibus de Montemassimo, in loco ubi dicitur Morteto, cum omnibus arboribus super se habentem, que tenet unum caput cum uno latere in botro, aliud caput in semetula, aliud latus partim in via publica et partim in terra nostra; et est tota petia modiorum tria minus panonum septem.

In qua venditione et traditione in integrum comprehendimus inferiora et superiora, fines et ingressus accessionesque, proprietates et iura eiusque pertinentias omnes.

Pro pretio quod a te accepisse confitemur bonorum denariorum libras septem et soldos duos et denarios decem in prefinito.

Et damus, cedimus ac mandamus tibi iura et actiones nobis inde competentia et precipimus tibi quatenus in possessione pro tertia parte iamdictae petie terre tuo nomine quandocumque vis intres. Et constituimus nos pro te precario possidere donec iamscriptam venditionem ingrediaris.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos iamscripti venditores vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere quesierimus per aliquod ingenium tibi iamscripto Bernardo vel tuis heredibus sive cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos una cum nostris heredibus sollenni stipulatione a te iamscripto Bernardo interposita, componere tibi tuisque heredibus et cui vos dederitis iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hanc cartulam scribere rogavimus Ugonem, iudicem ordinarium domni Frederigi imperatoris eiusdemque notarium.

Actum Montemassimo.

Signa + manuum iamscriptorum venditorum, qui hanc cartulam communiter et legitime consentientes sibi, fieri rogaverunt.

Signa + manuum Ugolini quondam Capciabatis, Guiliccionis quondam Ramundini, Gratiani quondam Baroncelli, rogatorum testium.

(S) Ego Ugo, iudex ordinarius domni Frederigi imperatoris eiusdemque notarius, hanc cartulam post traditam conplevi et dedi.

7 agosto 1189

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.145. Diplomatico generale n.844.
1190 agosto 7, Indizione 7.

Note:

Pergamena in buone condizioni. Inchiostro unico. Sul verso alcune scritte illegibili di mano coeva; sempre di mano coeva: «*tenere Guerrisci rectoris de Stagno pro ipso hospitale A. 1190*»; di mano del secolo XIV: «*carta di tenere otti pessi di terra in Oliveto*»; di mano dei secoli XV-XVI: «*Permuta di possessione data allo spedale di san Lunardo a Stagno di pezzi octo di terra in confine di corte di Oliveto, per li consuli pisani rogata Iacobo Casanvilla agosto 1190 copiata in Stagno, in Piano di Porto corte de Oliveto*»; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alle Rivolte 7 agosto 1190*».

Regesto:

Tignoso, figlio del fu Barile, nunzio dei consoli di Pisa, per ordine di Bulso giurisperito figlio del fu Pietro, console di giustizia, dà in possesso allo spedale di Stagno otto pezzi di terra posti in Pian di Porto nella corte di Oliveto, che erano toccati al detto spedale nella divisione fatta per mezzo di Gerardo, di Ugo Maeba e di Bonaccorso, pubblici arbitri dei pisani, tra Guerriscio rettore dello spedale sopradetto e i tutori di Malaparuta figlio del fu Ugolino.

Fatto nei pezzi di terra in questione.

Rogò Iacobo de Casinvilia del fu Buiti.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Ex huius publici instrumenti clareat lectione quod Tiniosus quondam Barilis, nuntius Pisanorum consulum, precepto et parabola seu mandao Bulsi iuris docti quondam Petri, consulis iustitie pro iustitia conservanda, misit corporaliter Guerriscium rectorem ospitalis de Stagno, pro ipso ospitali sancti Leonardi et eius collegio, in possessionem omnium infrascriptorum petiorum terrarum positarum in Plano de Porto, in corte Oliveti.

Quorum omnium primum petium dicitur Balconcelli, quod tenet caput ab oriente in strada Algegiteio, et aliud caput in terra marchionum., latus in terra filiorum Ubaldi et aliud latus in terra domine Agnetis et filii eius Malaparute.

Secundum petium dicitur Raseta, quod tenet caput in terra sancte Marie de Oliveto et aliud caput in terra Maleparute quondam Ugonis, latus in terra filiorum Ubaldi, et aliud latus in via.

Tertium petium est in Carbonaia, ea pars que est in medio, quod tenet unum caput in via publica, et aliud caput in alia via de Amule, latera ambo in terra Malarute quondam Ugonis.

Quartum petium terre dicitur Cimale, tenens caput in via publica de Piassano, et aliud caput ad Amule, latus in terra filiorum Ubaldi, et aliud latus in terra sancti Pauli de Ripa Arni.

Quintum petium dicitur Colle Filistangni versus orientem, tenens unum caput in via publica, et aliud caput in terra filiorum Ubaldi, latus unum in terra sancti Viti et Ebriachi quondam ***** et Malaparute quondam Ugolini, et aliud latus in terra suprascripti Malaparute.

Sextum petium dicitur rivus Selvanus, quod tenet unum caput in via Anguillaia et aliud caput in terra filiorum Rainaldi de Montemaximo, latus unum in terra filiorum Ubaldi, sicut trahit rivus Picchiarini et aliud latus in rivo Fabricule.

Septimum petium dicitur Gombalia de la via Adlisce versus terram Montanini, tenens unum caput in mascia de Carbonaia, at aliud in Gombalio et in terra ospitalis de Stagno, latus unum in terra filiorum Ubaldi in valle, et aliud latus in via et in terra filiorum Ubaldi.

Octavum petium dicitur Colselvanus, quod tenet unum caput in via Tegularia et aliud caput in terra filiorum Ubaldi, cum uno latere, et aliud latus in terra suprascripti ospitalis de Stagno, et in terra suprascriptorum filiorum Ubaldi.

Hec autem missio et possessionum datio, data est suprascripto Guerriscio, ut dictum est, et facta est propter divisionem facta inter dominum Guerriscium rectorem suprascripti ospitalis pro ipso

ospitali et Bonacorsum quondam Ugonis Malaparute et dominam Agnesem atque Roselminum de Cascina tutorem et tutricem Malaparute quondam Ugolini pro eo ab arbitris publicis civitatis et iudicibus scilicet a Gerardo et Ugone Maeba atque Bonagente arbitris publicis.

Actum in suprascriptis terrarum petiis, presentibus infrascriptis testibus rogatis, scilicet Indebrandino quondam Guiduccii de Carbonaia et Ranuccino quondam Baronis de Carbonaia et Pactume quondam Iohannis, anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo, indictione septima, septimo Idus augusti.

(S) Ego Iacobus de Casanvilia quondam Buiti, domini imperatoris Frederici iudex et notarius, suprascripte missioni et dationi possessionum interfui, et rogatus scribere scripsi atque firmavi, complevi atque dedi.

18 agosto 1189

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.146. Diplomatico generale n.846.
1190 agosto 18, Indizione 7. CORTA.

Note:

Pergamena in buone condizioni con qualche segno di muffa. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Carta Bernardi quondam Homodei*»; di mano del XV secolo: «*terra a Morteto prope ecclesiam santa Maria de Montemassimo, in luogo dicto Morteto*»; di mano del secolo XIX: «*S. Lorenzo alle Rivolte 18 agosto 1190*».

Regesto:

Ubaldo, figlio del fu Marco, con il consenso del proprio figlio Marco e di Abbatello figlio del fu Gualandello, vende a Bernardo figlio del fu Omodio un pezzo di terra coltivabile posto nel territorio di Montemassimo in luogo detto Morteto, della misua di 14 staiori, al prezzo di 7 soldi ogni staio. Fatto in Pisa in Kinzica.

Rogò Bandino, giudice e notaio dell'imperatore Federico.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno incarnationis eius millesimo centesimo nonagesimo, indictione septima, quintodecimo Kalendas septembrium.

Manifesto ego Hubaldus quondam Marci quia, consentiente huic venditioni Marco filio meo, meo consensu, et consentiente etiam huic venditioni Abbatello quondam Gualandelli, vendo tibi Bernardo quondam Homodei unam integram petiam de terra laboratoria positam in confinibus de Montemassimo prope ecclesiam sanctę Marię, ubi dicitur Morteto, tenentem unum caput in via publica, aliud caput in terra filiorum quondam Ugonis et filiarum quondam Rainerii Malaparutę, latus unum in terra Ranuccini quondam Gualandelli, aliud latus in terra quam a me detinet Falcone quondam Alanimi; et est statoria quatuordecim.

Et hanc terrę petiam cum omni proprietate et pertinentia et iure et accessione sua tibi nominato Bernardo, ut dictum est, vendo. Et sic omen ius et actionem mihi de suprascripta petia de terra competentia quolibet modo vel iure contra omnem personam et locum tibi Bernardo do, cedo ac mando, ut tuo nomine exinde agere et experiri possis.

Pro pretio solidorum septem bonorum denariorum per unumquodque statorum, quod mihi solutum et pacatum esse confiteor.

Quam meam venditionem si ego iamdictus Hubaldus vel mei heredes sive cui nos dedissemus aut dederimus, minuere, imbrigare seu molestare quesierimus quolibet ingenio tibi suprascripto Bernardo tuisque heredibus aut cui vos dederitis vel habere decreveritis, et si me meosque heredes exinde actores vel defensores dare volueritis eamque vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defendaverimus, spondeo me meosque heredes, stipulatione solemniter interposita, tibi nominati Bernardo tuisque heredibus componere suprascriptam terrę petiam venditam in duplum in consimili loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et permitto tibi ut tuo nomine intres possessionem suprascriptę terrę petię venditę et nomine emptionis pro tuo possideas. Quam interim tuo nomine me possidere constituo.

Et ego Citadina, iugalis suprascripti Hubaldi, filia quondam Selvatici, consentiente mihi suprascripto Hubaldo viro meo, sub notitia Bandini iudicis legitime interrogata nullam pati violentiam set bona mea voluntate, suprascriptę venditioni consensi et iuri meo quod in suprascripta terre petia habendam atque ypothecarum renuntiavi.

Hec omnia taliter nos, suprascripti Hubaldus et Citadina iugales, scribere rogavimus suprascriptum iudicem et notarium.

Actum Pisis in Quinthica prope ecclesiam sancti Cassiani in domo nostra et consortium, in testimonio Venture notarii de Oratorio, Ugolini quondam Cacciabatis et Ugolini quondam Iohannis atque Franceschi quondam Ranuccini Gualandi, rogatorum testium.

(S) Ego Bandinus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque imperatorie dignitatis notarius, his omnibus interfui et hec scribere rogatus scripsi et complevi et dedi.

11 dicembre 1189

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.147. Diplomatico generale n.849.
1190 dicembre 11, Indizione 8. CORTA.

Note:

La pergamena presenta rosure specialmente sul margine destro e macchie di umidità. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*De Septimo prope Maceratam. Cartula hospitalis sancti Leonardi de Stagno, de emptione quam fecit a filio quondam Segualducci; 1190*»; di mano del secolo XIX: «*11 dicembre 1190, san Lorenzo alle Rivolte*».

Regesto:

I fratelli Bolgarino e Provinciale, figli del fu Segualduccio, con il consenso di Tedesca, figlia del fu Robertino e moglie di Bolgarino, e di Mataloria, moglie di Provinciale e figlia di Enrico, vendono allo spedale di san Leonardo di Stagno 10 panori di terra coltivabile posta in Settimo presso Macerata, nel luogo detto Faraiano, per il prezzo di 5 lire.

Fatto in Macerata.

Rogò Uguccione, notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eius millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava, tertio Idus decembris.

Manif[esti] sumus nos Bolgarinus et Provinciale germani [quondam] Segualduccii et Tedesca uxor iamscripti Bolg[arini] et filia quondam Rubertini et Matalori[a uxor iamscripti] Provincialis et filia Henrici, quia [nobis iamscriptis] mulieribus consentientibus iamscriptis viris [nostris, ubi interesse] videtur notitia Uguicionis, a quo secundum legem interrogate et cognite sumus nullam nos pati violentiam set pura et integra nostra bona voluntate secundum edicti paginam, per hanc cartulam vendimus et tradimus tibi Petro, camerario hospitalis sancti Leonardi de Stagno, recipienti et ementi ad opus et utilitatem iamscripti hospitalis, decem panora de terra laboratoria nostro proprio alodio, posita in confinibus de Septimo prope Macerata in loco ubi dici[tur] Faraiano, infra unam petiam pro indiviso. Que tota ipsa p[etia] tenet unum caput a meridie in terra Scotti quondam Henrici, et aliud caput in terra filiorum quondam Ildebrandini Malagalie, et unum latus ab oriente tenet in terra Carbonis quondam Ildebrandi notarii de Tripallo, et aliud latus tenet in terra Ildebrandi iudicis quondam Guidonis Berithi.

Predictae decem panora de terra infra iamscriptam petiam, qualiter toto ab omni parte circumdata est per designata loca, in integrum cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni iure et proprietate et actione sua, tibi, ut dictum est, pro iamdicto hospitali, vendimus et tradimus. Insuper omnia iura et actiones, que nobis inde competunt, tibi, ut dictum est, pro iamscripto hospitali, damus, cedimus et concedimus atque mandamus ut his tuo nomine agas et experiaris.

Pro pretio quinque librarum denariorum. Quod in rei veritate et non spe future numerationis confitemur nos accepisse a te pro predicto hospitali in prefinito.

Quam nostram venditionem et traditionem, si nos predicti iugales vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus retollere vel minuere aut impedire vel imbrigare seu molestare vel subtrahere quesierimus per aliquod ingenium tibi Petro camerario pro iamscripto hospitali et eius rectoribus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, et si nos exinde auctores dare volueritis et eam vobis ab omni homine defendere non potuerimus et non defensaverimus, spondemus nos nostrosque heredes per solempnem stipulationem tibi Petro camerario pro iamdicto hospitali de Stagno eiusque rectoribus componere iamscriptam nostram venditionem et traditionem in duplum in ferquido loco, sub estimatione qualis tunc fuerit.

Et in tali ordine hec scribere rogavimus Uguicionem iudicem et notarium domini Frederici imperatoris. Et precipimus tibi ut per iamscriptum hospitalem possessionem intrare in iamscripta terra iure proprio.

Actum Macerata, in porticu iamscripti Bolgarini.

Signa + manus iamscriptorum iugalium, qui hanc cartulam communiter fieri rogaverunt.

Signa + manus Bandini quondam Rosselmini et Grilli publici nuntii et Teperti quondam Heritlecti et Grossi et Bandini germanorum quondam Guidrini, testium rogatorum.

Eodem die in presentia iamscriptorum Bandini Rosselmini et Grilli, predicti germani quondam Segualduccii corporaliter in possessionem miserunt predictum Petrum camerarium per iamscriptum ospitium in iamdicte decem panora de terra pro indiviso infra iamscripta petia.

(S) Ego Uguicio, iudex et notarius domini Frederici imperatoris, his omnibus interfui et post traditam complevi et dedi.

11 febbraio 1190

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.143. Diplomatico generale n.839.
1190 febbraio 11, Indizione 8. LUNGA.

Regesto:

Lodo di Villano, arciprete della chiesa pisana, e di Gualando, suddiacono della chiesa romana e canonico di Pisa, arbitri eletti da papa Clemente III e dalle infrascritte parti in una causa di appello alla santa sede tra Bernardo di Aghentina, Operaio della chiesa di Pisa, e Guerriscio, spedalingo dello spedale di Stagno.

Con questo lodo gli arbitri dichiarano che il suddetto Operaio restituisca allo spedale predetto una vigna di proprietà del detto ospedale, posta nei confini di Livorno, la quale ritiene come pena di 1000 soldi in cui era incorso Grano, sindaco di questo spedale, per il prato che ritengono quelli di Stagno con i frutti percepiti in questo anno e che il predetto spedalingo per tal prato paghi entro la domenica di passione al detto Bernardo 15 lire.

La prima sentenza in questa causa era stata proferita dai giudici pubblici della curia foretaneorum, con sentenza *heremodicia*.

Dato nella chiesa maggiore di Pisa.

Rogò Matteo notaio del re.

Originale:

In eterni dei nomine amen. Controversiam que vertebatur inter Bernardum Aghentine, dei gratia sancte Marie Pisane maioris ecclesie operarium, et Guerriscium, hospitalarium sancti Leonardi de Stagno, super cuiusdam pene commissionem, pro qua contra Gratianum prefati hospitalerii sindicum sententia a Guilielmo de Silvalonga, Bandino Homicii atque Strambo, publicis foretaneorum iudicibus, contracto heremodicio lata fuerat et eam ad summi pontificis audientia appellatum.

Clemens divina favente clementia summus pontifex nobis Villano, dei gratia Pisane ecclesie archipresbitero et Gualando Romane ecclesie subdiacono licet indigno necnon supradicte ecclesie canonico cognoscendam evocatis hinc inde partibus transfierit et eam terminari precepit, adiciens ut si post appellationem ad Romanam ecclesiam factam temere noverimus immutatam in statum debitum revocantes causam et integre cognoscamus et appellatione remota iustitia mediante decidamus.

Nos vero summi patris imperio obsequentes, partes ante nostram presentiam sepe et sepius adesse fecimus et merita commissi negotii ex ore prudentum virorum pro captu nostre intelligentie diligenter examinavimus et eam ad calculum diffinitive sententie tam mente quam voce acceleraremus partes propria voluntatis motu sese nostro arbitrio seu laudamento sub pena mille solidorum sollempni stipulatione promissa arbitramus et laudamus ut Bernardus, sancte Marie operarius, vineam hospitalis sancti Leonardi de Stagno, que est in confinibus Liburne, cuius possessionem habet pro iascripta pena mille solidorum in quam incidit Gratianus syndicus sancti Leonardi de Stagno pro prato quod detinent illi de Stagno cum fructibus quos de ea hoc anno percepit, deductis arbitrato bonorum virorum, utilibus et necessariis impensis quas in ipsis recolligendis fecit, restituat et ne eum de cetero super eadem possessione inquietet vel per summissam personam inquietare faciat nec consentiat.

Adicientes huic nostro arbitrio seu laudamento ut Guerriscius suprascripti loci hospitalarius pro prato quod detinet, pro quo Bernardus sententiam habuit in curia domini archiepiscopi a Salemme iudice, prefato operario quindecim libras bonorum denariorum Pisane veteris nunc currentis monete ab hodie usque in domenicam possessionis proxime venturam persolvat.

Et sub pretaxata pena laudamus ut prenominatus Bernardus predictum pratum, de quo inter eos controversia fuit, sicut circumdatum est foveis et lapidibus, terminis terminatum prefatum Guerriscium suosque successores in posterum quiete et pacifice possidere sinat nec ullo ingenio

neque per se neque per summissam personam sibi suisque successoribus ullam molestiam inferre presumat.

Datum est hoc laudamentum et recitatum et lectum a me Matheo iudice et notario, presentia et parabola iamscriptorum arbitrorum, in claustro iamscripte ecclesie Pisane maioris sancte Marie, presentibus magistro Riccardo et magistro Alberto, presbiteris et canonicis eiusdem ecclesie, et magistro Bandino diacono et canonico eiusdem ecclesie et Deutesalvio diacono et Aliotto quondam ***** et Angerio fidei iamscripti domini Gualandi, et aliis, dominice incarnationis anno millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava, tertio Idus februarii.

(S) Ego Matheus, domini regis Henrigi iudex ordinarius atque notarius, hoc arbitrium seu laudamentum, precepto et mandato iamscriptorum arbitrorum seu laudatorum, legi et scripsi et meo signo firmavi.

15 ottobre 1190

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.151. Diplomatico generale n.864.
1191 ottobre 15, Indizione 9. CORTA.

Regesto:

Graziano, abbate della chiesa e monastero di san Paolo a Ripa d'Arno, col consenso dei suoi monaci, vende a Borsa e Riccardo, tutori e procuratori dei beni di Bonaccorso figlio di Rolando, già rettore dello spedale di Stagno, che ricevono per detto Bonaccorso, un pezzo di terra presso la Ripa d'Arno di 40 staia, per 50 lire di moneta corrente

Poi il suddetto abbate riceve dai compratori la detta terra obbligandosi per 7 anni a dare il vitto e vestito e fare insegnare le lettere al suddetto giovane Bonaccorso e se si ammalasse di somministrargli tutto il necessario ovunque vorrà e se dopo i detti 7 anni dispiacesse a Bonaccorso che fosse stata fatta questa compera, promette di ricomprare per 50 lire di moneta vecchia.

Fatto in Pisa.

Rogò Iacopo di Casinvilia giudice e notaio imperiale.

Originale:

(S) In nomine domini dei eterni. Anno incarnationis eius millesimo centesimo nonagesimo primo, indictione nona, octavodecimo Kalendarum novembris.

Cum contractus ecclesiarum et aliorum venerabilium locorum comuni iure civitatis procedant dum tamen fiant consensu maioris partis ibidem serventium, ideo donnus Gratianus, abbas ecclesie et monasterii sancti Pauli de Ripadarno pro suprascripto monasterio et ecclesia, consensu interveniente donni Basillii et Athi et donni Petri camerarii, donni Baronis, presbiterorum, et donni Filippi et Gerardi et Luce et Ildebrandi, fratrum et monachorum eiusdem universitatis, vendo et trado tibi Burse et Riccardo tutoribus et procuratoribus et portatoribus rerum Bonacursi filii Rolandi, olim rectoris hospitalis de Stagno, eumentibus et recipientibus pro eodem Bonaccorso, unam petiam de terra posita in Ripa Arni, que vocatur Campus de Ficu, tenente unum caput in flumine Arni, aliud caput in via publica, latus in terra hospitalis suprascripti monasterii, aliud latus *****, que est per mensuram statoria quadraginta.

Ut predicta petia de terra, qualiter superius designata est, cum inferioribus et superioribus seu cum finibus et ingressibus suis et cum omni sua pertinentia et proprietate et accessione sua et cum omni iure et actione michi prenominato abbati Gratiano, pro suprascripto monasterio et ecclesia, adversus quamcumque personam vel locum pertinente. Quod ius et quam actionem et actiones michi pro suprascripta ecclesia et monasterio competentes vobis nominatis Burse et Riccardo, tutoribus et portatoribus et procuratoribus Bonacorsi pro eodem Bonaccorso, do et cedo, concedo atque mando ut ipsius nomine agatis et intendatis et experiamini, sit in domino et potestate suprascripti Bonacursi et heredum ipsius proprietario et emptionis nomine.

Pro pretio librarum quinquaginta denariorum. Quod fuit receptum de domo ipsius Bonacorsi vendita a vobis suprascriptis tutoribus Silimanno tabernario et erat apud vos. Quod pretium nominatum ego suprascriptus abbas Gratianus in hoc publico instrumento me recepisse in veritate confiteor. Et si plus dicti pretii valetur, pro eodem pretio facio vobis prenominatis tutoribus Bonacorsi et portatoribus pro eo finem et refutationem et transactionem cum consensu dictorum monachorum.

Quam meam venditionem et traditionem et totius mei iuris dationem, si ego prenominatus abbas Gratianus vel mei successores vel aliqua persona pro nobis sive cui nos dedissemus aut dederimus intentionare minuere retollere inbrigare molestare per placitum fatigare aliquo modo vel ingenio presumpserimus vobis nominatis tutoribus portatoribus et procuratoribus suprascripti Bonacursi et ipsi Bonacurso et vestris heredibus et heredibus Bonacorsi et quibus vos dederitis vel ipsi dederint vel habere decreverint, aut si nos exinde auctores vel defensores de suprascripta terra dare volueritis et eam vobis ab omni homine non defenderimus vel defendere non potuerimus, spondeo sollenni stipulatione interposita ego prenominatus abbas Gratianus me meosque successores debere vobis nominatis tutoribus portatoribus et procuratoribus suprascripti Bonacorsi et heredibus vestris et

heredibus ipsius et cui vos et ipsi dederitis vel habere decreveritis vel ipsi dederint vel habere decreverint componere suprascriptam meam venditionem et traditionem et totius mei iuris dationem in duplum estimationis suprascripte terre nomine pene sub estimatione qualis tunc in simili loco fuerit estimata.

Et vestro nomine et ipsius Bonacorsi me suprascriptam terram possidere constituo et precariam possessionem suprascripte petie terre a vobis et ab ipso Bonacorso et pro vobis possidere rogo et tenere.

Et ad futuri temporis memoriam hec omnia pro me Paganum, iudicem et notarium quondam Francardi, scribere rogavi.

Actum Pisis in claustro ipsius monasterii subtus domo refectorii.

Prefatus autem abbas Gratianus hanc venditionis et traditionis et totius sui iurisdictionis cartulam scribi rogavit.

Gualfredus Cornacollus, Ubertus filius Florentini, Rustichellus filius Petri, rogati testes et ad hoc vocati interfuerunt.

Ad hec dictus abbas Gratianus pro dicta ecclesia suprascriptam terram recepit a suprascriptis emptoribus pro iamdicto Bonacorso et tenere et dare ex ea redditum et prestationem proveniente[m] prestare ita quod obligando se et suos successores promittit predictis emptoribus pro dicto puero ab hodie in annos septem dare per singulum annum et prestare dicto Bonacorso victum et vestitum et omnia que ad eius victum sunt necessaria et facere docere litteras et si infra prenomiatum tempus infirmari eum contingerit, ubi placuerit dicto puero vel suprascriptis Burse et Riccardo et Rolando patri eius promittit dare et prestare omnia necessaria et expensas sufficientes. Quod si omnia suprascripta et singula suprascriptus abbas non observaret et non adimpleret promittit suprascriptis tutoribus Bonacorsi pro eo et Rolando patri eius pro eo stipulatione interveniente dare et prestare penam librarum quindecim denariorum per singulum annum. Si autem decursis septem annis suprascripto Bonacorso dicta emptio displiceret, dictus abbas inquisitus a dicto Bonacorso vel ab alio pro eo vel suis successor promittit suprascriptam terram emere et comparare pro pretio librarum quinquaginta nunc veteris monete et dictum pretium dare eidem Bonacorso. Quod si non observaret et faceret suprascriptus abbas penam dupli suprascripti pretii promittit dare et solvere suprascriptis tutoribus et portatoribus¹ et procuratoribus suprascripti Bonacorsi² stipulantibus. Hec omnia suprascripta sollemni stipulatione interveniente eodem suprascripto loco et datare et testibus presentibus et eadem indictione sunt acta.

(S) Ego Iacobus de Casanvilla, domini imperatoris Frederici iudex ordinarius atque notarius, hanc venditionis et traditionis et totius sui iuris dationis cartulam, a Pagano quondam Francardi iudice et notario rogatam, mandato ipsius Pagani, scripsi et firmavi, complevi atque dedi.

¹ et portatoribus aggiunto in piccolo nella interlinea superiore.

² parola cancellata; dovrebbe essere scritto pro eo.

3 novembre 1190

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.152. Diplomatico generale n.866.
1191 novembre 3, Indizione 9. CORTA.

Edizioni:

A.D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del rinascimento giuridico*, Pisa 1960.

A.D'AMIA, *Diritto e sentenze di Pisa ai primordi del rinascimento giuridico*, 2^a ed., Pis 1962, pp.271-2 n.27.

Note:

Pergamena rigata e marginata, in buone condizioni, con qualche piccola macchia di umidità e rosure sul margine destro. Inchiostro unico. Sul verso di mano coeva: «*Sententia Bandini Iumentes*»; di mano del XIII secolo: «*Heredes Ceppi Dodonis di Pisa*»; di altra mano del secolo XIII: «*Faggiano n. 19*»; di mano del XIX secolo: «*S. Lorenzo alle Rivolte 3 novembre 1191*».

Regesto:

Sentenza dei pubblici giudici dei foretani in una questione vertente fra Leonardo da Fasiano e Gerardo, tanto per sé che per i figli del fu Ceppo e per Dodo Maggiore e Minore da una parte, e tra Bandino di Giumenta dall'altra, con la quale a questo si permette di passare per un pezzo di terra posseduto dagli attori che codesto passaggio gli contrastavano. Sono portati a testimoniare alcuni abitanti di Nugola.

Data in Pisa.

Rogò Lanfranco, notaio imperiale

Originale:

In dei nomine amen. Nos Paganus et Henrigus magistri Bernardi et Gerardus Sopitie, publici foretanorum iudices, litem que vertebatur inter Leonardum de Fasciano et Gerardum pro se et procuratorio nomine pro filiis quondam Ceppi et Dodone Maiori et Minori ex una parte et Bandinum Iumentam ex altera, sic diffinimus.

Siquidem suprascriptus Leonardus et Gerardus pro se et procuratorio nomine pro filiis quondam Ceppi et Dodone Maiori et Minori agebant contra Bandinum Iumentam ne eat per quoddam petium terre quod habent et tenent in feodum a domino archiepiscopo, que terra tenet unum caput in via publica, et aliud caput in alia via publica, latus in terra Villani et suprascripti Bandini, aliud in terra domini archiepiscopi, utili negatoria quia non est ei ius eundi per ipsam terram, ille respondit salvo si sunt procuratores et ut caveant de rato et de defensione quod non credit se teneri eis proposita actione premissa et anteposito quod vocat usum quia finitum est.

At Leonardus et Gerardus ad ea que intendebant probanda testes se datos inducebant, dictis quorum evidenter de eorum intentione constare ipsumque sibi condemnandum fore asseverabant.

Bandinus vero e contra testes ab aversa parte productos nil sibi obviare aiebat et ad suam defensionem confessiones dicti Leonardi in medium proponebat, confitentis quod nondum divisit cum fratre suo Ghetolino et quod Henrigettus Petri Burgensis habet partem Ghetolini in Nubila.

Item confitetur Leonardus et Gerardus Ronca quod Bonacursus, qui reddidit testimonium, est de Nubila.

Interrogati si omnes testes quos vocaverunt in suprascripta causa fuerunt de Nubila, respondent quod habitant in Nubila et sunt de Nubila, quibus confessionibus et dictis testium se absolvendum esse dicere conabatur.

Unde nos suprascripti iudices hanc questionem ad leges retinentes secundum ea que coram nobis proposita sunt, suprascriptum Bandinum a petitione suprascripti Leonardi et Gerardi pro se et procuratorio nomine pro filiis quondam Ceppi et Dodone Maiori et Minori absolvimus.

Data et recitata in curia publica sub domo filiorum quondam Gerardi, presentibus Stranbo et Rainaldo et Bonacurso de Ponte, advocatis, et aliis pluribus, anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo primo, indictione nona, tertio Nonas novembris.

(S) Ego Lamfrancus, domini Frederici Romanorum imperatoris iudex ordinarius atque notarius et nunc suprascriptorum iudicum scriba publicus, hanc sententiam eorum mandato scripsi et frimavi.

21 dicembre 1190

Archivio di Stato di Pisa, Diplomatico San Lorenzo alla Rivolta n.153. Diplomatico generale n.867.
1191 dicembre 21, Indizione 9. CORTA.

Note:

Pergamena molto rovinata. Mancanza nella parte superiore che interessa le prime 5 righe della scrittura.

Regesto:

Marco figlio del conte Ubaldo vende a Martino del fu Lamberto, che compra per sé e per Guglielmo e Baldino suoi fratelli, un pezzo di terra posto nei confini della chiesa di santa Maria di Montemasasimo in luogo detto Casale, della misura di 30 staiori per il prezzo di 12 lire.

Rogò Guglielmo giudice e cancelliere imperiale.

Originale:

(S) I[n nomine] domini nostri Iesu Christi dei] eterni. An[no ab incar]natione eius millesimo [centesi]mo nonagesimo primo, duodecimo Kalendas ianu[arii, in]dictione nona.

Manifestus sum ego Marcus filius Ubaldi comitis quia per hanc cartulam, mandato et data mihi parabola a suprascripto patre meo vendendi de rebus suis pro solvendo debito eius, pro ut in cartula scripta per Opithonem Lamfrancum¹ notarium de Ponte et de Domo continetur, vendo et trado tibi Martino quondam Lamberti, recipienti pro te et Guilielmo et Baldino germanis, quondam suprascripti Lamberti, cuique pro tertia parte, pro solvendo debito filiorum Frederigi, unam petiam terre positam in confinibus ecclesie sancte Marie de Montemaximo et locus dicitur Casale, et tenet unum caput in via, aliud in botro, latus in terra Ugolini Cacciabatis, aliud in terra Guidonis filii Guini; et est per mensuram statoria triginta ***** et si plus minusve est. In qua comprehendo inferiora et superiora, fines et ingressus ac iura prefate rei actinemptes.

Pro qua confessus sum me recepisse a te pro te et tuis dictis fratribus pretium librarum duodecim bonorum denariorum, in veritate et non spe future numerationis, dandos filiorum Henrigi Frederigi.

Quam meam venditionem et traditionem si ego qui super Marcus vel meus dictus pater vel nostri heredes sive cui nos eam dedissemus aut dederimus auferre vel minuere quocumque modo temptaverimus eamve ab omni contradicente homine defendere non potuerimus si oportuerit aut requisiti non defenderimus tibi qui super Martino vel tuis dictis fratribus vel vestris heredibus aut cui vos eam dederitis vel habere decreveritis, promittimus vobis exsolvere duplum nomine pene in simili loco sub extimatione bonitatis illius temporis, stipulatione sollenni interposita.

Et incontinenti constituit se pro eo et eius fratribus possidere suprascriptam terram et precario ab eo possidere constituit. Atque rogavit et sua autoritate intrare et possidere permisit.

Insuper Benenatus quondam Guilielmi et Rainerius quondam Gualandi, quisque in solidum, promiserunt dicto emptori recipienti pro se et suis dictis fratribus ad penam dupli iamscripte terre et pecunie, stipulatione sollenni interposita, quod conservabunt eos indemnes de dicta terra et pecunia ab omni inbrigante et eorum heredes et cui darent et specialiter a dicto Ubaldo et eius heredibus et cui darent.

Taliterque scribere rogavit Guilielmu[m] imperatorie dignitatis cancellarium in domo dicti Guilielmi iudicis.

Signa manuum dicti Marchi, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Signa manus Silonis quondam Sismundi et Franceschi quondam Ranucii et Opithini quondam Gualandi et Benenati quondam Guilielmi, et qui interfuerunt rogati testes.

(S) Ego Guilielmus, imperatorie dignitatis iudex ordinarius ac cancellarius donni Frederigi, postraditam complevi et dedi.

¹ Lanfrancum scritto nel rigo inferiore e richiamato nel suo posto con un segno.